225119

IV

Pars posterior

1380.

I. HEVELII

MACHINA COELESTIS.

SIVE

URANICARUM

RERUM

OBSERVATIONES.

I. HEVELII

MACHINA COELESTIS.

225119

IV

Pars Posterior

sive

URANICARUM

PARS IV.

OBSERVATIONES.


Divinæ Artis immortalitati
Deo et Posteritati
Investigantur
Contrantissimo
Indefesso
Lynceo
Acutissimo
In Dei O M Gloriam,
Reiq; Literariæ incrementum, summis ingenij, corporisq; viribus, sumptuq; incredibili, à multis retrò seculis, quàm solidè fundatum, tam feliciter exstructum hoc ce Sideralis Scientiæ Monumentum Filijs Nepotibusq; sanctè porrò conservandum, ampliusquè exornandum relinquunt Patres
Sed quàm plurima Posteris relicta
Multa detecta
JOHANNIS HEVELII
MACHINA COELESTIS.
A. Boy delineavit.
J. Falck Sculpsit.

225119

IV

Pars Posterior

JOHANNIS HEVELII
MACHINA COELESTIS

JOHANNIS HEVELII

MACHINÆ COELESTIS

PARS POSTERIOR;

Rerum Uranicarum OBSERVATIONES,

Tam Eclipsium Luminarium, quàm Occultationum Planetarum, & Fixarum,

Nec non

Altitudinum Meridianarum Solarium, Solstitiorum, & Æquinoctiorum;

Unà cum

Reliquorum Planetarum, Fixarumq; omnium hactenus cognitarum, Globisq; adscriptarum, æquè ac plurimarum hucusq; ignotarum

OBSERVATIS;

Pariter quoad

Distantias, Altitudines Meridianas, & Declinationes;

Additis

Innumeris aliis notatu dignissimis, atquè ad Astronomiam excolendam maximè spectantibus rebus,

Plurimorum annorum, summis vigiliis, indefessoque labore, ex ipso æthere haustas, permultisquè Iconibus, Auctoris manu, æri incisis, illustratas, & exornatas,

TRIBUS LIBRIS,

exhibens.

Cum Gratiâ & Privilegio Sac. Regiæ Majest. Polon.

GEDANI.

In ædibus AUCTORIS, ejusq; Typis, & Sumptibus Imprimebat

SIMON REINIGER.

ANNO M DC LXXIX.



JOHANNIS HEVELII

MACHINA COELESTIS

PARS POSTERIOR;

Rerum Uranicarum

OBSERVATIONES,

Tam Eclipsium Luminarium, quam Occultationum Planetarum, & Fixarum,

Nec non

Solaria, Solstitio-

rum, & Aequinoctiorum;

Reliquorum Planetarum, Fixarum[que] omnium

hactenus cognitorum, Globisq; adscriptarum, eaque

ac plurimarum hucusq; ignotarum

OBSERVATIS;

Diluvii, Abrahamitae Meridianae,

Numeris aliis notata dignissimis, atque ad Aliorsum

excolendam mentis Geometricae aciem,

Plurimorum annorum, Numeris vigiliis, indefessoque labore, ex ipso aethere hausta, perquisitaque

Tenibus, Apicibus supra, ad Indias, illustrata,

TRIBUS LIBRIS,

Q. t. 18 S. 174

In officina Auctoris, cliscq; Typis; & Sumptibus

GEORGII TEINICERI.

ANNO M DC LXIX.

SERENISSIMO, ET POTENTISSIMO PRINCIPI,
AC
DOMINO,

IOHANNI III.

DEI GRATIA REGI POLONIARUM,

MAGNO DUCI LITHVANIÆ, RUSSIÆ, PRUSSIÆ, MASOVIÆ, SAMOGITIÆ, KIOVIÆ, VOLHINIÆ, PODOLIÆ, PODLACHIÆ, LIVONIÆ, SMOLENSCIÆ, SEVERIÆ, CZERNICHOVIÆQUE,

REGI, AC DOMINO LONGE CLEMENTISSIMO.

SERE-



SERENISSIME, AC POTENTISSIME REX,

MAJESTATIS TUÆ SACRATISSIMÆ incomparabilis erga quosvis Bonitas, & Clementia, nec non erga Scientias, Artes, Earumq; Cultores

tores propenſisſima Voluntas, animos mihi addidit, ut non verear ad Excelſisſimum Thronum TUUM, in quem Heroica per univerſam Europam abundè celebrata Virtus, ac ingens Geſtarum Gloria Te evexit, humillimo, ac ſubjectisſimo animo accedere. Eo cumprimis attento, quòd jam à longo tempore, TU PRÆGLORIOSISSIME REX, meis qualibus qualibus in Studiis Aſtronomicis conatibus, ſupra planè ſpem, atq; exſpectationem meam, placido vultu annueris, meq; ipſum, præter omne meum meritum, Regali TUA Gratiâ, Protectione, imò Heroicâ etiam Munificentiâ dignum judicaveris, atq; ad Uraniam ulteriùs promovendam, excolendam, ac pro modulo meo à DEO conceſſo, exornandam ſæpiùs me animaveris, inflammaveris; quinetiam, quoties Gedanum noſtrum es in-

gresſus, toties non ſolùm anguſtum meum Muſeum, ſed & obſcuriores Speculas meas Uranicas, & Supellectilem Inſtrumentariam Faventisſimis oculis perluſtrare, ac SACRÆ REGIÆ TUAE MAJESTATIS ſplendidisſimis, & corruſcantibus radiis illuſtrare, & condecorare Benignisſimè haud fueris dedignatus; quid? quod non ſemel ipſis Siderum Obſervationibus, & Contemplationibus, tam Teleſcopiis, quàm aliis Organis Aſtronomicis peragendis, per horas integras, non tantùm interesſe, ſed TUISMET etiam REGIIS oculis mirabiles Planetarum Facies, Eorumq; Maculas, Faſcias, ac Comites contemplari, variisq; de rebus Æthereis ſermones mecum reciprocare TIBI AUGUSTISSIMO REGI Clementisſimè placuerit. Quæ luculentisſima, & maximè honorifi-

cen-

centisſima Gratiæ, ac Clementiæ REGIÆ, erga tenuia Studia mea, argumenta, eò majorem audendi fiduciam mihi dederunt, ad pedes SACRAE REGIAE TUAE MAJESTATIS me proſternendum, ſimul ad EJUS Thronum Opuſculum hocce Sidereum, jam à multis quidem benè annis, Illuſtrium, & Magnorum Virorum hortatu, ac perſuaſu inchoatum, nunc verò primùm, decimo videlicet labente Luſtro, non ſine aliquo diurno, ac nocturno haud leviuſculo labore, curâ atq; ſumptu exantlatum, & ſucceſsibus ſecundis ad finem perductum, perquàm demisſisſimè, & ſubjectisſimè deponendum. Quod, cùm in humillimi, & gratisſimi, obſequentisſimiq; animi mei, ſummo venerationis cultu, pro tot, ac tantis profuſisſimæ Regiæ Gratiæ ſignificationibus, monumentum, SACRA-

TISSIMAE TVAE MAJESTATIS AUGUSTISSIMO NOMINI jure optimo dicaverim, ac consecraverim; maximè cùm in Rerum omnium CONDITORIS Gloriam, Reiq; Literariæ emolumentum, atq; incrementum cedat, penitùs confido, SACRAM TUAM MAJESTATEM dictum Opusculum hocce meum Serenissimis oculis intueri, ac Benignissimâ manu excipere, tum auctorem ipsum non minùs posthac SVO Profusissimo REGIO Favore, Potenti Patrocinio, ac Beneficâ Voluntate, ad fovendas, ac promovendas plus plusq; Cœlestis Fornicis Contemplationes meas haud dedignaturam. Quæ felicitas si mihi contingat, non tantùm à Malignorum invidiâ tutum, & securum, tum satis magnum laborum meorum præmium me consequutum putabo; sed pariter multò

ala-

alacrior, ardentiorq; ſum futurus, ad reliquas Operas meas, quæ adhuc ſub manibus verſantur, cum DEO & Die, in commodum quoddam Poſteritatis, eò promptiùs in lucem proferendas. Quò ſic porro vitam meam reſiduam, ad enarranda immenſa, & maximè admiranda DEI Opera, in Honorem Regis, ac Domini mei longè Clementisſimi, ſimul ad conteſtandam magis magisq; humillimam, ac ſubjectisſimam meam Venerationem SACRÆ REGIÆ MAJESTATI debitam, tum in bonam Dulcisſimæ Patriæ Charitates omnes complectentis recordationem devovere, meq; totum conſecrare non nequeam. De reliquo DEUM O. M. animitùs oro, precorq;, ut TUAM AUGUSTISSIMAM MAJESTATEM vitâ longævâ, valetudine proſperâ, ac omni Regiâ Felicitate, cùm Orbis

Polo-

Poloni, tum Literati maximo bono, atq; incremento, beet quàm Clementisſimè. Dabam Gedani, Anno Milleſimo, Sexcenteſimo, Septuageſimo Nono, Die Quinto Calendarum Februarii.

SACRATISSIMÆ REGIÆ MAJESTATIS TUÆ

Humillimus ac Subjectisſimus

J. Hevelius.



Ætheris, et vasti Mensor celebratus Olympi,
Hunc Vultum HEVELIVS MAGNVS, & ora gerit.
Conscia cœlesti dispensans Sidera Mente,
Grande micat Patriæ Sidus & Ipse Suæ.

Scribeb. Gedani Joh. Petr. Titius



Biblioteka Śląska



JOHANNIS HEVELII
IN
Partem Posteriorem
MACHINÆ COELESTIS
PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

QUintus jam effluxit annus, cùm Partem Machinæ meæ Cœlestis Priorem, Organographiam videlicet, quâ Organa nostra universa, hactenus ad Observationes Cœlestes à me adhibita, graphicè delineata, atq; accuratè descripta, in lucem ediderim. Nunc verò cùm DEUS O. M. vitam porrò, sanitatem, otiumq; (pro quibus omnibus ex toto corde Ipsi & ago & habeo gratias) sub tantâ negotiorum, & molestiarum mole, clementissimè mihi concesserit, Tuis quoq;, mi Astrophile, citiùs enim ob varia impedimenta, immensumq; laborem typis exscribi haud potuit, Partem

Quo anno Pars Prior Machinæ Cœlestis typis sit divulgata.

Liber II, III, & IV Observationes annorum 49 ab Auctore peractas exhibet.

Machinæ meæ Cœleſtis Poſteriorem ſubjicio oculis; Librum ſcilicet II, III, & IV, univerſas meas Obſervationes Rerum Uranicarum ſummis vigiliis, indefeſſoq; labore, ab anno nempe 1630, ad annum usq; 1679 ex ipſo æthere, maximis, & congruis Organis hauſtas, inq; unum faſciculum congeſtas complectentem.

Tam Eclipſium Luminarium, Planetarũ, quam Fixarum omnium Obſervationes.

In quâ Parte Poſteriori, non ſolùm Eclipſes omnes, utriusq; Luminaris, quotquot quovis tempore ex Cœlo impetrare, atq; annotare mihi conceſſum fuit; ſed etiam plurimas, tam Planetarum, quàm diverſiſſimarum Fixarum Stellarum Occultationes, nec non aliarum rerum, tam ſuperiorum, quàm inferiorum Planetarum, in quocunq; ſitu obtentarum innumeras habebis Obſervationes; præprimis omnium Stellarum Fixarum, non minùs quoad Altitudines Meridianas, quàm inter ſe invicem Diſtantias, & quamlibet rursùs à permultis diverſiſſimis captas; omnium inquam illarum, quotquot in noſtro Horizonte nobis unquam contingit conſpicere, quæq; olim ab Hipparcho, Ptolomæo, Ulug Beigh, Principe Hasſiaco, atq; Tychone Brahæo ex Cœlo deductæ, Globis inſcriptæ, atq; in Catalogum fuerunt relatæ; imò non ſolùm illas hactenus cognitas Fixas, diverſis Inſtrumentis, diverſisq; annis, in majorem rei certitudinem, permutatis nonnunquam Coobſervatoribus, obſervatas, ſed inſuper adhuc ſexcentas quinquaginta hucusq; prorsùs incognitas, atq; neglectas, à nemine (ſit venia verbo) adhuc debitis Organis exquiſitè ex Cœlo impetratas, ritèq; obſervatas, nedum in Catalogum, ſecundùm Longitudinem & Latitudinem relatas (prout ex dicendis clariùs patebit) Tibi, Benevole Lector, ſiſto.

Quot Stellas Fixas prorſùs novas Auctor prioribus hactenus cognitis adjecerit.

Haud leviuſculo labore obſervationes hæ fuerunt impetratæ.

Quanto autem labore, quâ tolerantiâ, quo perſeverantiſſimo, & ardentiſſimo animo (abſit gloriola) ne dicam ſumptibus, per quadraginta novem annos, ea omnia à me acquiſita, & quot inſomnes continuæ, & longiſſimæ noctes, præprimis hyberno tempore, exiſtente licet intenſiſſimo frigore, eâ gratiâ impendendæ, & conſumendæ mihi fuerunt, nemo, profectò, facilè, quàm qui harum rerum probè eſt peritus, atq; in hocce pulvere affatim verſatus intelliget,

telliget, & agnoſcet. Quid verò ad hunc Herculeũ, tot ac tot annorum indefeſſum laborem, me aliàs à plurimo jam tempore adusq́; tum publicis, tum privatis negotiis ſatis abundè oneratum impulerit, vel potiùs allexerit, deberem quidem aliquantò pleniùs hîc exponere. Verùm, cùm in Præfatione ad Lectorem Partis Prioris Machinæ Cœleſtis jam ſatis id prolixè ſit expoſitum; cùmprimis commonſtratâ Divinæ Noſtræ Scientiæ Præſtantiâ, tum quòd ſit perquàm utiliſſima, ac neceſſaria in omni vitæ genere, hominibus; quid quod ad Rerum omnium Creatoris Gloriam, & Honorem promovendum plurimùm tribuat, cordaq́; noſtra ad ſupercœleſtia immane quantum erigat; commonſtrato ſimul ab ipſo Mundi primordio, apud omnes Sapientiores, quin etiam apud Reges, & Principes Sceptra Mundi tenentes nunquam non in ſummo honore & pretio Eam extitiſſe, non tantùm apud Ethnicos, eorumq́; Philoſophos; ſed quoq́; apud Chriſtianos ipſos, Orbemq́; Literatum: atq́; ideò in eâ firmiter perſtitiſſe ſententiâ omnes, hanc noſtram Scientiam Sideralem, ex allegatis rationibus, plus plusq́; de die in diem eſſe excolendam, promovendam. Hincq́; ſupervacaneum eſſe arbitror, hæc pluribus deducere; quilibet qui pleniùs hæc ſcire ardet, legat haud gravatim, tum Præfationem modò dictam Noſtram, tum alios Auctores hâc de re diſſerentes.

Quam ob cauſſam Auctor has tædioſiſſimas operas ſuſceperit.

Exinde Antiquiores Philoſophi, tum Reges & Principes, tum Viri Eruditiores omni tempore Obſervationibus Cœleſtibus ſtrenuè invigilarunt, nihil potiùs habentes, quàm ut in hujus Studii incrementum quicquam notatu dignum Poſteritati relinquerent: prout inprimis ex Hiſtoriâ Cœleſti Lucii Baretti, vel, ut genuino nomine Præclariſſimum hunc Virum nuncupem, Celeberrimi Alberti Curtii, præſertim ex libro ejus Prolegomenos, ex Obſervationibus nimirùm Babylonicis, Græcanicis, Alexandrinis, Syro-Perſicis, Noricis, Prutenicis, Haſſiacis, aliorumq́; plurimorum Illuſtrium Virorum, præ cœteris autem Tychonicis, plùs quàm ſatis elucet; Eos videlicet omnes, datâ quâvis occaſione, omnem adhibuiſſe diligentiam, nihilq́; intentatum

Tam veteres quàm recentiores obſervationibus rerum Cœleſtium nunquam non maximè operam dederunt.

reliquis ſe, quoad fieri tum temporis potuerit, Inſtrumentaq; illorum tum concesſerint, ut præcipua Phænomena annotarent, Nepotibusq; ſuis relinquerent. Proinde non ſolùm Eclipſes Solares, ac Lunares, Æquinoctia, & Solſtitia; verùm etiam Fixarum Declinationes, cum locis earundem ſecundùm Longitudinem, & Latitudinem deſignatis, non minùs Appulſus, & Occultationes Planetarum Fixarumq;, quousq; nudo oculo ea definire illis tum licuit, non minùs loca reliquorum Planetarum, pro viribus memoriæ prodiderunt: quanquam inter illas vetuſtisſimas Obſervationes perpaucæ, ut Aſtronomiæ Cultoribus plùs quàm ſatis eſt notisſimum, inveniuntur, quibus ſolidiora posſumus ſuperſtruere.

Plurima Antiquiorũ Obſervationes admodùm vacillant.

Exorto verò Splendidisſimo illo Sidere Uranico, Tychone nempe Brahæo, res hæc longè feliciùs ſucceſſit. Nam convenientioribus & accuratioribus Organis varii generis ab Ipſo conſtructis, ac adornatis, Aſtronomiam funditùs curare, magnâ induſtriâ, & conſtantiâ incepit, ac per multos continuos annos in iſto negotio perſtitit; ſic ut quamplurima, Rei Aſtronomicæ bono, & quidem longè præſtantiora ab omni ferè parte, quàm Sui Antecesſores unquam, exantlaverit: veluti pluribus legere eſt, ex Libro Prolegomenos dicti Lucii Baretti pag. C & ſeq.; ſed multò clariùs ea omnia, ex ipsâ Hiſtoriâ Cœleſti, nec non Præfatione noſtrâ Partis Prioris pag. 33 pateſcunt. Præcipuè autem eò deſudavit, ut non tantùm Lunam, Solemq;, & quæ inde dependent, reliquosq; Planetas omnes; verùm etiam omnes Fixas ab Hipparcho & Ptolemæo traditas, rursùs obſervaret, ac corrigeret. Quippe non minùs luculenter perſpexit, hunc laborem eſſe omninò præcipuum (cùm nemo nonniſi Hipparchus, quanquam levioribus Inſtrumentis illum tentaverit) qui ab ullo aliquo ſuſcipi poſſet; tum omnes alios labores Uranicos, quicunq; ſuſciperentur, penitùs fore irritos, & fruſtraneos, illo videlicet Fixarum negotio neglecto; adhæc nullum Planetarum ritè ac debitè poſſe reſtitui, ac emendari, niſi priùs Stellis Fixis debitè reſtitutis.

Tycho longè præſtantiora, quàm Anteceſſores præſtitit.

Inprimis allaboravit, ut Stellas Fixas emendaret.

Hic labor ferè præcipuus eſt in Aſtronomiâ exantlandus.

Verùm

Verùm enimverò, licet Laudatisſimi Noſtri Prædeceſſores ardentisſimo ſtudio, ſerioq́; anhelaverint, quò Divinam hanc Scientiam probè conderent, magis magisq́; excolerent, atq́; à mendis liberarent; nihilominùs tamen ad eum exoptatum finem Eam perducere haud valuerunt: prout non ſolùm ex Eclipſibus Luminarium, quoad initium & finem, nec non quantitatem & durationem; ſed etiam ex omnibus Planetis, ex quibuscunq́; etiam Tabulis ſupputatis, luce clariùs pateſcit: etſi nonnunquam aliæ præ aliis, modò in hoc, modò illo Errone aliquantò propiùs ad metam collineant; ſicuti id ipſum affatim abundè in Mercurio noſtro, ad quem Lectorem ablego, commonſtravimus. Experieris, niſi jam ipſemet ea habes explorata, etiam ex paucisſimis illis exemplis in medium prolatis, Eclipſes nimirùm, juxta quoq́; omnium correctiores Tabulas nonnunquam ad 30, & ampliùs minuta integra, circa initium & finem, nec non quantitatem, ad aliquot digitos, modò in defectu, modò exceſſu, prout pag. 14 ex Mercurio meo in Sole viſo patet, à vero abludere. Id ipſum pariter ex Occultationibus Planetarum & Fixarum clarè eluceſcit: univerſas nempe Tabulas, quotquot videre adhuc obtigit, enormiter adhuc à Cœlo diſcedere. Similiter res ſe ſe habet in motu Planetarum omnium: quemadmodùm quilibet harum rerum Scrutator ipſemet ex quâcunq́; obſervatione adminiſtratâ clarè perſpiciet; qui verò hunc laborem ſubire detrectat, ex Mercurio meo, pag. 30 nullo negotio ea omnia addiſcet; præſertim ex Obſervationibus illis omnium Planetarum, unâ eâdemq́; Die 5 April. Anno 1660 ſimul obtentis, & ad calculum juxta diverſisſimas Tabulas deductis: nempe in omnibus & ſingulis affatim adhuc ſuperesſe, quod in Aſtronomiâ rectificetur, corrigatur; atteſtante non minùs Cl. Ricciolo, in Præfatione I. Partis Almageſti.

Veteres quicquid etiam tentarunt, haud potuerunt tamen Aſtronomiã omnimodè reſtituere.

Id quod ex Obſervationibus clarè patet.

Univerſa Tabula Aſtronomica immane quantum non rarò ab ipſo Cœlo exorbitant.

Habemus omnes, quæ in Studio Aſtronomico quæramus, corrigamus.

Adeò ut omnes in univerſum ſatis negotii adhuc, etiam hâc in parte habeant. Succesſu enim longioris ævi difficultates magis magisq́; primùm deteguntur, quæ non niſi rursùs ſingulari novo Studio, ac indefeſsâ diligentiâ auferuntur. Quamobrem nullo non tempore omnes Sapientiores, & Erudi-

Ea propter Cultores Aſtronomiæ rogantur à Summis Viris, ne in excolendis hiſce Studiis fatiſcant.

Eruditiores hocce negotium funditùs intelligentes; utpote Gasſendus, Ricciolus, Lucius Barettus, alios ut taceam, omnes & ſingulos Siderum Inſpectores ſeriò adhortati ſunt, ne in labore langveſcerent, multò minùs manus omninò abſtraherent, præſtantisſimum hocce negotium ulteriùs promovendi, & excolendi: ſicuti ex Lucii Baretti Præfatione in Obſervationes Schickardi Hiſtoriæ Cœleſtis videre eſt. *Itaq; mihi* (inquit) *apud eos, de quorum erga Cœleſtem hanc Scientiam affectu dubitare non licet peroranti roganda potiùs eſt, & Germania & quæ Germaniam circumſtant per Europam Provinciæ, ut Spartam hanc etiam ſuccedentibus annis excolere non omittant.* In hunc quoq; ſenſum Præclarisſimus Ricciolus in Aſtronomiâ ſuâ Reformatâ Lib. I. pag. 70 in Concluſione XII, de profectu Aſtronomiæ Sperabili loquitur. *Quando conſidero, quantum hoc ſeculo Aſtronomi, & obſervando, & meditando profecerint, quantoq; nobis ipſis, licet obtuſioris ingenii DEUS Immortalis, pro Suâ in nos Munificentiâ indulſerit* (id quod & nos cum aliis indefesſis Siderum Inſpectoribus benè affirmare posſumus) *ajo expedire, ut Aſtronomi non deſiſtant ab obſervando & contemplando Cœlo; tum ut novas ſubindè ſubtilitates adipiſcantur, tum ut repertas hactenus aut firment, aut corrigant, tum deniq;, ut in Ipſius Conditoris Admirationem & Amorem, ex tam reconditâ, & profundâ motuum Cœleſtium, & intervallorum Harmoniâ rapiantur ipſi, aliosq; perducant, in cujus Laudem & Gloriam majorem intellectum omnem humanum, omnemq; operationem dirigere oportet:* hæc illæ.

Inprimis à Lucio Baretto, & Ricciolo.

Cur Aſtronomi ab Obſervationibus non deſiſtere debeant.

Ita quoq; omnes Aſtronomiæ Cultores, quicunq; ejus expetunt incrementa, planè ſentiunt; non tantummodò Noſtri Prædeceſſores, ſed etiam Recentiores univerſi: tractanda nimirùm eſſe ſummo fervore nunquam non Cœleſtia. Nam Vetuſtiorum Obſervationes, cum Recentiorum Obſervatis ſemper ſunt conferendæ, ſi Uraniæ eſt ſubveniendum, & Succeſſores Noſtri aliquantò adhuc ulteriùs progredi debeant: hincq; ſummè eſt neceſſarium, ut à nobis ſufficientes obtineant animadverſiones. *Habent hoc nempe obſervationes* (ut Gaſſendus pag. 246 in vitâ Tychonis commemorat) *ut licet quo tempore fiunt, non ſubjiciantur calculo, ſubjici tamen valeant etiam poſt mille ſæcula, & quantò vetuſtiores fuerint, tantò evadant*

In hoc conveniunt omnes, Studiũ Uranicum continuò eſſe expoliendum.

Obſervationes ſunt res pretioſiſſimæ, ac rariſſimæ, quæ à paucioribus ſuſcipiuntur.

dant deſideratiores. Videlicet ratiocinatio, & Calculorum ſubductio res protrita eſt, poteſtq; & nullo non tempore, & à non nemine intra Muſæum conſidente peragi; at obſervatio rara res eſt, occaſio ejus ſemel præterlapſa non redit: ac verè aliunde Trismegiſto dictum illud tribuitur, paucisſimi purâ mente præditi ſortiti ſunt, Cœli ſuſpiciendi venerabiliorem curam.

Antiquitas quidem multa detexit, ac peregit; ſed Poſteritati longè plurima penitiùs perſcrutanda, & corrigenda reliquit.

Fateri quidem ultrò oportet, à Laudatisſimis Noſtris Antecesſoribus jam plurima esſe detecta, ac laudabiliter peracta, prout in Præfatione Noſtrâ ad Lectorem Partis Prioris Machinæ Cœleſtis, partim etiam ſupra, aliisq; in ſcriptis noſtris monuimus; nihilominùs tamen plurima Poſteris adhuc enodanda, perſcrutanda, corrigenda, augenda, confirmanda, atq; exornanda ſunt relicta: ſicuti id pluribus deducere, niſi tempori parcerem, haud foret difficile; ſufficiant hâc vice ea, quæ Doctisſimus Ricciolus, Articulo V, in Præfatione ad Lectorem Partis Prioris Almageſti expoſuit: nimirùm, quid in Aſtronomiâ Recentiori deſiderari videatur, & de erroribus præcipuis Præcedentium Aſtronomorum: ibidem, Benigne Lector, prolixè deducta invenies, quæ nos quoq; ipſi in Mercurio, nec non Machin. Cœleſtis Part. I. ac pasſim alibi innuimus; in Studio nempe Noſtro Sidereo, etiam in quâvis Ejus parte, immane quantum adhuc emendanda reſtare, tum in Sole, Lunâ, reliquisq; Planetis, tum etiam præcipuè in Stellis ipſis Fixis, Earumq; Catalogo: prout mox dilucidiùs omnia demonſtrabimus.

Quid in Aſtronomiâ adhuc deſideretur.

Anteceſſores haud coarguendi ſunt, quaſi remisſiori animo rem tractaſſent.

Hæc autem, Benevole Lector, non ita arripias velim, ac ſi Glorioſos Noſtros Prædeceſſores negligentiæ alicujus coarguere velimus, quaſi labori pepercisſent, vel conatus, operasq; Illorum perſtringere ac vellicare ſtudeamus? abſit, abſit. Profectò quilibet harum rerum penitiorum Cultor mecum ſponte fatebitur, Illos omninò præſtitisſe, quæ eo tempore peragi potuerunt. Equidem non mirandum, quare non majora perfecerint; ſed potiùs iterum iterumq; admirandum, quî fieri unquam adhuc potuerit, Illos in uno aut altero ſeculo, Inſtrumentis eo tempore uſitatis leviori-

Autor admiratur, quî fieri potuerit, Prædeceſſores eò adhuc uſq; pervenire potuiſſe.

bus, rem eouſq; perducere unquam valuisſe. Atq; eo nomine ſummam merentur ſanè laudem, ac à Nobis ſummoperè

perè ſunt ſuſpiciendi, & venerandi, quòd Poſteritatis gratiâ, tot ac tot labores ſubierint, facemq́; nobis, variâ viâ prætulerint; quod niſi fecisſent, nobis omnibus, crede, Studium hocce aliquantò adhuc operoſius accideret: Eâ etiam de cauſsâ Poſteri noſtri, & nobis, tanquam Illorum Antecesſoribus haud parùm debebunt, quòd non minùs in plurimis illis viam ſtravimus, glaciemq́; quaſi, ad altiora indaganda, fregimus.

Poſteri ſemper habebunt cur Prædeceſſoribus gratias agant.

Succeſſu temporis Scientiæ creſcunt.

Interea, nihilo tamen ſeciùs verisſimum, Laudatam Antiquitatem non omnia & ſingula ad eam perfectionem perduxisſe, ad quam ſucceſſu longioris ævi adduci posſunt: veluti Magnus Noſter Ptolomæus Lib. II. Magnæ Conſtructionis Cap. 2 ipſemet fatetur: *Quare ſatis* (inquit) *cenſemus, ſi quantum inter noſtras, & conquiſitas Priſcorum Obſervationes interlapſum tempus reſtaurationibus his conducere poteſt; tantum ipſi quoq́; afferre conemur, nec ſpontè accuratum examen negligamus. Veritatem autem, quæ à totâ temporis perpetuitate, aut à multiplici tempore obſervationum haberi poteſt, aliis relinquendum putamus.* Cui pariter Albategnius Cap. 52 adſtipulatur: quòd nimirùm certis de cauſis etiam ſuo tempore res plurimæ in Aſtronomiâ ad omnimodam certitudinem deduci haud potuerunt; ſed hinc inde diſcrepantia quædam relicta ſit, inquiens: *At ſi propter aliquem Cœleſtem motum, illis & nobis adhuc occultum, hæc differentia naſcitur; congruum eſt, ut qui veritatem ſedulò inquirit, ſemper ſubtiliter obſervet, & ea quæ vitioſa cognoverit, corrigat eo modo, quo Anteceſſores noſtri alios correxerunt.*

Quod Ptolomæus & Albategnius ſuo tempore penetrare haud potuerunt, Poſteris inveſtigandum reliquerunt.

Exinde, iterum iterumq́; affirmando ſummè neceſſarium eſt, ut omnes Aſtronomiæ ſeriò ſe devoventes, Eiq́; litantes, oculos ſuos Cœlum versùs continuò attollant, non ſolùm qui vitâ modò fruuntur, ſed omnis Poſteritas, licet ad centena ſecula mundus conſervaretur; quilibet, crede, abundè affatim inveniet, quod detegat, corrigat, exornet. Nemo, profectò, quisquis etiam ille ſit, qualiacunq; appoſita Organa etiam posſideat, quâcunq́; etiam ratione obſervationes inſtituat, ut ut quamplurima longè præſtantisſima jam ad effectum dederit, qualia hoc tempore elaborari omninò potuerint, ſibi perſuadeat, ſe jam omnia ad ſummum perfe-

Ad Mundum uſq́; exitum ſummè neceſſarium eſt, oculos ad Cœlum attollere.

Nemo unquam hanc Scientiam penitùs exhauriet, quicquid etiam tentet.

perfectionis perduxisse fastigium, ut nihil ampliùs sit reliquum; & quod in futurum nemo ex Posteritate quicquam illis omnibus vel addere, vel res illas perfectiores reddere, vel ullâ aliquâ ratione ea ampliùs exornare, & locupletare valeat. Hic, inquam, quæ hæc sibi imaginatur, jugiter se se decipit: ego equidem planè aliter sentio, & fortè plurimi mecum. Nam penitùs sum persuasus, Posteros Nostros, futuraq; secula longè fore hâc in parte feliciora; eaq; omnia (dummodò diligentia, atq; ardor conandi, ulteriusq; progrediendi in Scientiis non cessaverit) quæ jam satis feliciter tam à nobis, quàm Antecessoribus sunt detecta, atq; exculta, multò adhuc, à Succesoribus nostris, de die in diem reddi posse absolutiora: quemadmodùm hoc nostro tempore plurima quoq; sunt reperta, quæ ne per somnium quidem Superioribus nostris in mentem venerunt, imò quæ sine dubio in eum habebantur numerum, quæ fieri eo tempore nullâ ratione possent.

De die in diem plùs plusq; omnia detegentur.

Verisimum itaq; est, sicuti Prædecesores nostri, ita quoq; nos, cum Succesoribus nostris, Sideralem illam Divinam Scientiam ad absolutissimam consummationem minimè perducturos; largior quidem, succedente ævo, plús plùsque perfectior, & correctior reddetur; sed ad omnimodam omnibus numeris perfectionem nemo unquam eam perducet. Sapientia enim Divina, quæ in ipsis Corporibus, eorumq; motu latet, est prorsùs inperscrutabilis; atq; ideò nemo Mortalium in hâc vitâ eandem penitùs perscrutabitur, ac funditus, ut nihil omninò sit reliquum, deteget: prout Celeberrimus Clavius in suo Commentario Cap. IV ad Sphæram de Sacro Bosco, pag. 301 abundè confirmat: *Difficile admodùm est* (inquit) *periodos motuum ita definire, ut multis annorum seculis à vero non devient, cum nullis unquam mortalium unius Planetæ potuerit periodum ita determinare, ut non supperfint, aut desint aliquæ minutæ, quæ in magno annorum intervallo notabilem errorem inducant. Ut mirum sanè sit, DEUM O. M. Planetarum motus tantis difficultatibus obstruere voluisse, ut nemo hominum eos perfectè possit assequi, sed semper inveniat,*

Sapientia Divina est inperscrutabilis in suis operibus.

Clavii hâc de re sententia.

Cur Deus tantis difficultatibus res Cœlestes obstruere voluerit.

niat, quod in tanto artificio tam nobilium corporum, & in tantâ eorum motuum harmoniâ, & concordiâ admiretur, perpetuis Laudibus eorum Conditorem & Motorem celebrando. Ut potissimum propter constitutionem Cælorum, eorumq; motus, in quibus semper superesse videtur, quod summâ diligentiâ inquiratur à Solertissimis rerum Cœlestium perscrutatoribus, scriptum esse videatur ab Ecclesiaste Cap. 3. Et mundum tradidit Disputationi Eorum, ne videlicet aliquando, si perfectè Cœlum, numerum, ordinem, Constitutionem & motum intellexissent homines, desinerent opera DEI inquirere, & admirari, & ingenia, sublata exercendi caussâ, cessatione torperent.

Etiamsi maximæ in Astronomiâ dentur difficultates, neminem tamen ad eam excolendam illæ deterrere debent.

Hæc ut ut ita prorsùs se se reverà habeant, nihilominùs absit longè à nobis, ut hæc nos deterreant, multò minùs pusillanimos reddant; sed potiùs è contrario sint nobis incitamento, ad res illas abstrusas, penitiùs penetrandas ac detegendas: ne non pariter nos (ad exemplum Prædecessorum) Posteritati, ad magis magisq; res Astronomicas promovendas, exornandas, quædam penitiora, & accuratiora relinquamus. Præprimis, cùm satis superquè simus experti, Uraniam nostram variâ viâ adhuc in plurimis vacillare; atq; exinde summoperè necessum esse, nisi planè corruere debeat, ut Ei omnibus modis non solùm in motu omnium Planetarum, sed etiam in Longitudinibus & Latitudinibus Fixarum restituendis succurratur.

Quid Auctorem impulerit ad hocce Studium exornandum.

Quibus de caussis & ego haud parùm permotus, elapsis quibusdam annis, postquam me studiis Astronomicis devoveram, ut totâ mente in Ejus curam incumberem, omnesquè meas cogitationes eò verterem, quò pro modulo meo à DEO O. M. concesso, & ego huic Præclarissimæ Scientiæ quousq; liceret, subvenirem. At verò optimè perspiciens solis Speculationibus, & Supputationibus sub tecto expediendis id fieri haud posse: quippe illorum qui scitè motuum Tabulas, Ephemeridesq; texunt, aut versant; nec non qui Sphærulis, Armillis, Astrolabiis, Quadrantulis, aliisq; id genus minutulis Organulis, quasi cimeliis delectantur, plurimos inveniri: ut Gassendus, Philosophus ille singularis, pag. 278 ad Mersennum rectè scribit:

Plurimi Tabulas, Ephemeridesq; construunt, sed paucissimi observationibus invigilant.

ſcribit: *ſed qui graviores illas curas, utpote obſervationes corporum omnium Cœleſtium dignè ſuſcipiant, vix totidem ſunt, quot Thebarum Portæ, vel oſtia Nili.* Hincq; eò magis adductus, ut me ad ipſas Obſervationes Cœleſtes toto animo converterem, iisq; diu noctuq;, quousq; tantùm & privata & publica negotia permitterent, ſedulò invigilarem. Quâ viâ autem paullatim magis ac magis illis altioribus Studiis fuerim immerſus, quomodo à Principibus, Summis Viris, atq; Amicis plùs plùsq; excitatus, inflammatus, & quousq; Divinâ adſpirante Gratiâ poſtmodùm illud opus ſit perductum, nolo pluribus hîc recenſere: cùm in Præfatione Part. Prior. Machinæ Cœleſtis ſatis prolixè ea jam expoſuerimus. Sufficiat hoc loco Cordatiori Aſtrophilo aliquantò pleniùs exponere, quâ ratione ab Anno 1630 hucusq; obſervationes noſtras inſtituerim, paullatim continuaverim, & ad quænam deniq; hocce immenſo labore maximè collineaverim.

Proindè Auctor eò magis adductus, inprimis maximorum Virorum inſtinctu, ut hocce negotium ſuſceperit.

Devoveram me quidem jam anno 1630, imò citiùs illis Studiis Sidereis, ſic ut ab eo tempore tum Eclipſes, Occultationes, tum alia ſingularia, quæ ſub adſpectum veniebant, diligenter annotarem: verùm, cùm initiò convenientibus Organis nondum eſſem inſtructus, vix in numerum aliquem, exceptis Eclipſibus, & occultationibus, quæ omni tempore debitè ex Cœlo ſunt deductæ, reliqua apud me veniunt; maxima etiam pars illorum obſervatorum, quæ in juventute meâ obtenta fuére (quippe ea tum temporis parvi faciebam) interciderunt. Atverò anno 1639, ſtatim poſt deceſſum P. Crügeri optimâ memoriâ à me ſemper proſequendi, Præceptoris olim mei longè fideliſſimi, negotium hocce obſervationis, unà cum Eclipſi Solis, eodem anno, die 1 Junii incidente, aliquantò fervidiori animo ſuſcepi, ac majori induſtriâ paullatim huic operi me accinxi; Speculis nimirùm exædificandis, diverſiſſimisq; Inſtrumentis fabricandis, nec non teleſcopiis varii generis adornandis. Verùm cùm interea in labores Selenographicos, plurimorum Illuſtrium Virorum inſtinctu incidiſſem, haud potui reliquorum Planetarum Obſervationibus adeò frequenter, quàm Lunæ ejusq; Macularum invigilare; ſed tantummodò Eclipſibus,

Quomodo Auctor Obſervationes ab anno 1630 inſtituerit.

Ab anno 1639 aliquantò fervidiùs auctor excolere ſuſcepit Res Cœleſtes.

Selenographia Auctori plurimùm temporis abſtulit.

& Occultationibus, & hujus generis rebus nonnullis, quousq; mihi Selenographica, & Heliographica permittebant, operam dedi. Quandoquidem dictus labor, tantum mihi diu noctuq; facesſivit negotii (quippe neminem tum temporis habebam ab auxiliis) ut vix aliena inſuper administrare potuerim. Noctu namq;, quoties Cœlum annuit, obſervandis & adumbrandis Maculis Lunaribus, diu verò accuratioribus deſignationibus, iisq; omnibus æri incidendis eram occupatisſimus. Adhæc maximè fui diſtractus, Cometâ illo notabili anno 1652 exorto; præprimis cùm decrevisſem genuinam, & accuratam ejus deſcriptionem, & delineationem conſcribere, ac edere, imò generalem Cometographiam omnium Cometarum condere; quæ, ſanè, ut quilibet procul omni dubio fatebitur, multum laboris mihi conſtitit, plurimumq; temporis abſtulit.

Nec non Cometâ 1652, cum ipsâ Cometographiâ eo tempore conſcribendâ haud parùm Auctor diſtractus fuit.

Attamen magis magisq; explorato ex illis adminiſtratis; quin-etiam ex Cometarum obſervationibus, quamplurima adhuc, uti jam ſæpiùs inculcavimus, reſtituenda ac corrigenda reſtare, non ſolùm in Erraticis; ſed etiam præcipuè in ipſis Stellis Fixis; atq; ita Catalogum earum tam Vetuſtiorum, quàm Tychonis maximâ indigere reformatione. Proinde, Divino auxilio fretus, aliquantò adhuc impenſiùs labores iſtos Sidereos ſùm aggreſſus, inprimis Selenographiâ cum aliis quibusdam opellis ad finem feliciter perductâ (non attento Cometographiam adhuc ſub manibus verſari) omnem movi lapidem, ut ſublimiora quædam, ad incrementum Univerſæ Aſtronomiæ depromerem, ac conſarcinarem, quorum beneficio poſtmodùm Supremo adſpirante Numine, nonnulla eò promptiùs, & feliciùs corrigerentur, atq; à mendis paullatim liberarentur. Non eâ quidem intentione, ac ſi univerſa curricula omnium Erronum, cum omnibus eò pertinentibus, multò minùs Fixas Stellas ipſas, & quidem omnes & ſingulas, unà cum aliquot centenis hucusq; prorsùs incognitis, minimeq; adhuc debitè obſervatis, tam quoad Longitudinem, & Latitudinem ſtatuerem obſervare, atq; ſic novum penitùs correctiorem, & auctiorem condere, & conſtruere Catalogum? Nequa-

Auctor plùs plusq; excitatus ad continuanda ſtudia, & quidem penitiora Uranica.

Auctor nunquam ſibi perſuaſit ſe poſſe ob prægnantes rationes ea omnia expedire; quæ tamen ſucceſſu temporis DEUS benigniſſimè largitus eſt.

quam

quam profectò. Nam primùm tenuiores ingenii mei vires, plùs quàm ſatis habebam exploratas; deinde nullo modo mihi perſuadebam, me eousq; ſpiritum ducere poſſe, ob corporis conſtitutionem haud adeò firmam, quò tot innumeras obſervationes, & quidem ſolus (prout quidem Director Univerſi poſtea mihi annuente Suâ Gratiâ peragere, præter omnem meam ſpem clementîsſimè indulſit) feliciter expedire poſſem: quippe, cùm res non unius aut alterius luſtri, ſed plurimorum, viginti, triginta & ampliùs eſſet annorum.

Spretis omnibus difficultatibus ſe ſe tum offerentibus Auctor tamen in propoſito perſtitit.

Non attentis tamen his omnibus, DEO O. M. unicè confiſus, qui mihi ab ipsâ juventute ſingularem erga Studia Uranica propenſionem, atq; fervorem inſpiraverat, ad eam quoq; excolendam mirè me deduxerat, nec non ſatis felices jam per annos aliquot progreſſus benignisſimè mihi conceſſerat, fore Directorem Univerſi etiã ulteriùs (quem in finem quotidie ſuſpiria ex toto corde effudi) Divino Suo Spiritu mihi aſſiſturum, ac animi, corporisq; firmitatem, facultatesq;, quæ ad ea ſufficerent, largiturum; ne non opus iſtud ardui conaminis, quod in Divini Numinis Gloriam, Reiq; Literariæ bono jam erat inceptum, porrò ex voto poſſem producere, ac deniq; ſuo tempore, ſi Illi ita viſum eſſet, feliciter ad exitum perducere: atq; ſic animo hæc volvens, manus ipſi operi intrepidè admovi. Verùm protinùs clarè perſpiciens, nudis Deliquiorum, Occultationum, Planetarumq; obſervationibus, horis nonnunquam ſubciſivis, vulgaribns Inſtrumentis obtentis & obtinendis, rem iſtam nos haud poſſe expedire; ſed maximoperè eſſe incumbendum, ut quantocyùs ejusmodi obſervationes ſuſciperentur, ſuper quas poſtmodùm reliquas omnes ſtabilire daretur facultas. Conſtructis igitur ad haſce operas convenientioribus, amplioribus ex ſolido metallo accuratioribus Organis, in Speculis rectè conſtitutis, ac debitè examinatis; ſicuti ex Lib. I Mach. Cœleſt. patet, ac etiam in Prodromo noſtro Aſtronomiæ abundè commonſtrabitur; nihil potiùs initiò duxi, quàm ut Elevationem Poli Noſtram Gedanenſem exquiſitè admodùm determinarem. Etenim niſi Obſervatores hoc ipſum probè, & rectisſimè in anteceſſum habeant

Niſi ſolidiora jacentur fundamenta initiò Studii Aſtronomici fruſtra ſanè eſt, quicquid etiam tentetur.

Elevationem Poli rectè habere cognitam plurimùm Aſtronomis intereſt.

habeant exploratum, enormiter poſtmodùm aberrant, imò rectâ viâ penitùs cadunt, ut nihil ferè quicquam accurati definire queant: quemadmodùm nullus non harum rerum expertus ultrò mihi adſtipulabitur.

Anno 1652 Altitudines Meridianas Corporum Cœleſtium Auctor obſervare ſeriò incepit.

Quâ igitur cognitâ, atq; debitè exploratâ, primarias Obſervationes, anno videlicet milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſecundo, ſingulis diebus ac noctibus, quando Cœli ſerenitas id permiſit, ſuſcepi (licet eo ipſo tempore cum ejusdem anni novo exorto phænomeno ſatis mihi eſſet negotii) omnimodè allaborans, ut præſertim Magno noſtro Quadrante Azimuthali pag. 149 Mach. noſtræ Cœleſt. exhibito, ab anno jam 1644 feliciter in peculiarem turrim translato, continuâ annorum ſerie, quovis die ſereno, ſi liceret, Altitudines Meridianas Solares, nec non Planetarum, Fixarumq; omnium, pro viribus noſtris diligentiſimè determinarem. Namq; ſi penitiora quædam circa Solis aliorumq; Siderum motum, maximè circa Fixarum reformationem debeant obtineri, omninò opus eſſe his Obſervationibus, & Æquinoctiis, & Solſtitiis, quàm ſolicitiſſimè invigilare: prout & ipſe id ſatis ſuperq; poſtmodùm re ipsâ ſum expertus: in reſtitutione videlicet motûs Solaris, definiendâ, anni Tropici quantitate, Eccentricitate, Parallaxi, Refractione Solis, Obliquitate Eclipticæ, & hujus generis aliis conſtituendis. Inter cœtera autem dilucidiùs ex iſtis obſervatis cognovi, qualisnam intercedat diſcrepantia, inter Planetarum motum ex ipſo Cœlo depromptum, eumq; ex diverſiſſimorum Auctorum Tabulis ſupputatum, & quantum in quolibet Errone reſtet adhuc corrigendum. Quæ Obſervationes, meo quali quali judicio, ut mihi, ſic & aliis, Poſteritatiq; aliquando inſervient; iis inquam, qui haud malevolo aut torto oculo eas adſpicient, probè pervolvent, atq; diſcernent.

Dicta Obſervationes plurimùm Aſtronomiæ tribuunt.

Anno 1657 majoribus Inſtrumentis, diſtantiis & Planetarum, & Fixarum Auctor inſidiatus eſt.

Anno verò milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo, poſtquam per annos aliquot continuos Soli tantummodò operam dediſſem, incepi quoq; reliquis amplioribus Organis, utpote non tantùm dicto Quadrante Azimuthali, de die Altitudinibus Solis Meridianis, & ſingulis noctibus

ctibus Planetarum & Fixarum (ex quibus poſteà illorum Declinationes, Fixarumq́; incrementa, & decrementa, ratione ſcilicet Declinationis ſum aſsequutus) ſed etiam diverſisſimis Sextantibus, atq́; Octantibus, Diſtantiis, tam Planetarum à Fixis, quàm Fixarum inter ſe invicem inſidiari; quò poſthac eò certiùs illarum loca, diverſisſimâ viâ, ex diverſisſimis videlicet Diſtantiis, & Declinationibus, ſicuti ex Prodromo dilucidiùs paullò conſtabit, eruere eſſet integrũ. Adeò ut Liber hicce II Machinæ Noſtræ Cœleſtis, omnes in univerſum obſervationes de die in diem, ordine, ſingulis horis peractas exhibeat; ſive ſint Eclipſes Luminarium, quarum numerus ultra triginta imò ferè ad quadraginta (nî fallor) aſcendit, ſive Occultationes, quæ ad quinquaginta ferè inveniuntur, ſive etiam Diſtantiæ & altitudines Meridianæ, tam Planetarum, quàm Fixarum (exceptis Solaribus in Lib. III relatis) vel ſi quid præterea notatu dignum venerit obviam. In annotatione, & deſcriptione autem breviorem ſemper viam ſum ingreſsus, partim ut chartæ parcerem, partim ut Tibi, Benigno Aſtrophilo minimè ſuperfluis nauſeam crearem: hincq́; tali methodo, in omnibus Obſervatis ſum uſus, ut mihi videor, compendioſiori, & ſtrictiori viâ me incedere haud potuiſſe. Ordo autem Diſtantiarum & Altitudinum talis eſt: nimirùm omnia ſub certo titulo ſunt relata; in fronte cujusvis paginæ annus adſcriptus eſt, quo ſingulæ Obſervationes ſunt peractæ. Prior columella ad ſiniſtram, quo Menſe & Die; ſecunda, quâ horâ & minuto, juxta horologium oſcillatorium vel ambulatorium; Tertia, quales Obſervationes; Quarta, an Diſtantiæ, vel Altitudines ſint; Quinta verò quibus Inſtrumentis ſint diremptæ, commonſtrat. Atq́; ita Q. Az. M. indigitat Quadrantem Azimuthalem Magnum, pag. 149 Lib. I deſcriptum. Sext. or, indicat Sextantem Minorem Orichalcicum. Sext. M. L. ſignificat Sextantem Magnum Ligneum Tychonicum. Sext. M. O. verò, Sextantem Magnum Orichalcicum; & Oct. M. O., Octantem Magnum Orichalcicum & Quad. p. o., Quadrantem parvum Orichalcicum deſignat.

Liber II hujus Machinæ quænam comprehendat.

Quot Eclipſes, & Occultationes ab Auctore fuerint obſervatæ.

Quo ordine in Lib. II omnia fuêre annotata.

Quænam ſingula Columella referat.

Princi-

Quæ initiò ligneis Organis fuerunt observata, brevi pòst majoribus æneis sunt repetita.

Principiò, Anno Milleſimo Sexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo, Obſervationes ligneis quidem illis Tychonicis, ſive Minoribus Orichalcicis fuerunt obtentæ; ſed ſubſequente ſtatim anno, omnes illas Obſervationes, quæ ligneis & minutioribus Organis fuerunt diremptæ, rursùs amplioribus Organis Orichalcicis, majoris certitudinis gratiâ ſum dimenſus. In margine, Amice Lector, quid obſervatum ſit reperies; ſi ex Erronibus quisquam fuerit, ſtatim quo Cœli loco tum extiterit, deprehendes; ſi verò fuerint Fixæ, quænam & cujus Sideris, tum an hactenus cognitæ, &

Quâ notâ Stellæ fixæ hactenus ingnitæ fuerint notatæ.

à Priſcis Aſtronomis, ſive Tychone fuerint denotatæ, an verò novæ hucusq; incognitæ, quæ nondum Globis, vel ullo Catalogo ſint adſcriptæ: quarum ſanè ingens numerus passim invenitur, atq; hâc notâ I. H. nempe *Joh. Hev.* ſunt notatæ, videlicet illas primùm ab Auctore eſſe detectas, ac obſervatas; quibus ſimul adjecimus, quâ magnitudine modò ſplendeant, an quartæ, quintæ, vel ſextæ videantur magnitudinis. In quartâ columellâ animadvertes, rarò admodùm

Diſtantiæ ſæpiùs ab Auctore ſunt reiteratæ.

alicujus Fixæ, vel Planetæ Diſtantiam ſemel tantummodò eſſe captam, ſed iterum iterumq; interdum etiam ſæpiùs eo ipſo tempore, ad majorem rei cognitionem eſſe repetitam. Quippe uni ſoli Diſtantiæ, ut ut ab Exercitatiſſimo Obſer-

Errare humanum.

vatore ſit adminiſtrata, haud facilè fidendum. Mortales enim ſumus, variâq; viâ in obſervatione, ab uno aut altero Obſervatore, tum numerando, adſcribendo, & deſcribendo aberrare poſſumus. Quapropter moris mihi eſt, ut eandem diſtantiam denuò ſtatim, ſi fieri poteſt, vel temperies id ſolummodò permittat, repetam, & quidem nonnunquam eodem Inſtrumenti poſitu, non rarò etiam mutatâ prorsùs regulâ: quò protinùs pateat, an in primâ etiam obſervatione in quibusdam, vel à me ipſo, vel à Coobſervatore meo

Quâ ratione Obſervationes repetitæ fuerint.

ulla aliquâ ratione fuerit aberratum. Imò ſæpiùs non contentus fui unâ aut alterâ diſtantiâ, unâ eâdemq; die bis, ter, vel quater obſervatâ, ſed frequenter alio prorsùs tempore eandem rursùs tentavi, examinavi, tum hoc, tum illo Inſtrumento, explorans, an, & in quâ parte fortè fuerim hallucinatus. Sæpiſſimè etiam haud grave fuit, Aſtronomiæ

bono,

bono, eas intercapedines, præ aliis notandas, ſubſequentibus diverſisſimis annis, diſtinctis vicibus denuò dimetiri : Exempli gratiâ, Lucidam Arietis, à Marcab Pegaſi non ſolùm Anno 1657 die 2 Novembris aliquoties, ſed etiam Anno 1658, die 25 Octobr. Anno 1659, die 12 Novemb. item Anno 1660, die 3, 7, & 10 Octob.; Anno 1666, die 21, & 22 Sept., ac deniq; rursùs Anno 1674, die 4 Auguſti, & quidem diverſis Sociis, diverſisq; Organis; non rarò eandem diſtantiam, decies, vicies, tricies majoris confirmationis cauſsâ ſum rimatus. Non igitur dubito, Candide Aſtrophile, quin clarè perſpicias, ex ipſis noſtris modò toto Opere exhibitis obſervationibus in quantum Diſtantiæ, licet toties diverſisſimis vicibus, poſt decurſum tot annorum, diverſis Sociis & Inſtrumentis, ſæpiùs repetitæ, & obſervatæ ſint, ab invicem recedant; anne utplurimùm, & maxima earum pars, majoribus ſcilicet æneis Organis peractæ, in paucisſimis ſecundis conveniant, etiamſi illas omnes nudis oculis, atq; pinnacidiis peregerim. Ex quibus luculenter patet, abſit Invidia verbo, quid Inſtrumentis noſtris tribuendum, an eundem tenorem, & priſtinum ſtatum, per tot ac tot annos conſervaverint? an ipſe cum Coobſervatoribus, licet longè diverſis, nudo oculorum adſpectu, quidpiam ſatis præcisè (ſi paucisſima ſecunda nonnunquam excipias, quæ etiam ille, qui armato oculo omnia expedit, omni tempore, in omnibus & ſingulis obſervationibus ſanè evitare nequaquam poterit, ut ut ſit lynceus) dirimere queam? & an duo vel tria integra minuta prima, (ut ſibi non nemo in cerebro ſuo fingit) vel quousq; diſtinguere valeam: de quibus autem ſuo tempore pleniùs diſserendi dabitur occaſio.

Quoties eadem Diſtantia ſit ex Cœlo deducta.

Quomodo inter ſe Diſtantiæ Auctoris conveniant; ex obſervationibus patet.

An Inſtrumenta Auctoris hucusq; in eodem ſtatu permanſerint?

An Auctor nudo oculo ritè quædam determinare valeat, & quousq;?

In ſummâ (id quod tamen arroganter à me dictum exiſtimari haud volo, quicquid etiã obſtrigilatores, Momiq; fortè in medium proferent) certò confido, Æquisſimos Cenſores, qui nullius ſunt partium, cum totâ Poſteritate agnituros, me minimùm res has non extremis digitis attigisſe, nec per tranſennam tractasſe. Credas inſuper velim, me nullas Obſervationes expolivisſe, exornasſe, multò minùs ad certum quendam finem, ex præconceptâ hypotheſi eas coegisſe,

Auctor non à limine Obſervationes ſalutavit.

Auctor candidè omnia expedivit, annotavit, nec quicquam expolivit.

iisq́; vim intulisse; sed eas omni tempore, ita candidè annotasse, ut ex ipso Cœlo depromptæ fuerunt, ut ut nonnullæ primâ vice interdũ à vero discesserint; nihilominùs eas reliqui: quò videas nonnunquam etiam aberratum esse; quod tamen eo ipso statim tempore, si licuit, correxi, usq́; dum præcisiùs convenirent; atq́; tum quæ videbantur præ cœteris correctiores, illos Asteriſco notavi. Adhæc scias velim, Amice Lector, me in hocce obſervationis negotio nulli labori unquam pepercisse, licet sæpiùs mihi satis is ipse extiterit onerosus; attamen, ex singulari erga Divinam Astronomiam affectu, non coactus, nec muneribus, vel ullo ære ad ea expedienda incitatus, sed ex liberrimâ voluntate labores istos Herculeos lubentisſimo animo perduravi.

In hocce negotio vix ulli labori Auctor pepercit.

Ab omni aberratione se auctor non excludit.

Non est autem, Benigne Lector, quod Tibi persuadeas, ac si nunquam in quibusdam etiam lapsus fuerim? minimè. Nam etsi omnem pro viribus in hocce obſervationis negotio adhibuerim diligentiam, etiam fortè haud leviorem, quàm alius quisquam in illo genere adhibuisset, nihilo tamen seciùs variâ interdum viâ me exorbitasse puto: quippe homines omnes aberrationi sunt abnoxii; & interdum etiam ipse dormitat Homerus. Quare si quando nonnulla forsitan corrigenda, melioranda invenias, inter tot obſervationum millia, ne mireris, (id quod & Tibi omninò accidere potest) sed cogites potiùs, quî fieri potuerit, me non longiùs, ac pluries à vero deerrasse, in tam arduo, sublimi, ac subtilisſimo negotio expediendo. Condones igitur humanæ imbecillitati, si quædam deprehendas; reliqua, si ex parte ad metam accedant, & non adeò Tibi videantur, rudia, rogo ut ea à quali quali Astronomicarum rerum Cultori bene consulas, agasq́; mecũ Siderum Conditori æternas gratias, quòd mihi eousq́; progredi, eaq́; in Tuũ, aliorumq́; commodum Tibi quoq́; sistere clementisſimè concesserit.

Si nonnulla melioranda fortè invenias, humanæ ea imbecillitati condonabis.

Ab anno 1657, ad annum 1679, quot Planetarum Fixarumq́; captæ fuerint distantiæ.

Sed ut ad ipsas redeam Obſervationes, institui illas majoribus Organis, tam Planetarum quàm Fixarum, ab anno 1657, ut suprà innuimus, ad annum 1679 usq́;. Planetarum distantias, ad restaurandum eorum meatum, multa habebis millia; Fixarum verò diverſisſimarum videlicet intercapedines

dines inter se invicem habebis septem millia; plures stellas non ab unâ aut alterâ solùm rimatus sum, sed nonnullas, & quidem plurimas 100, 110, 120, imo 130 vicies: prout ex Libro IV clariùs patebit. Quod si verò omnes & singulæ Fixarum distantiæ, à se invicem diremptæ in censum venire debeant, numerus earum ad 20000 se se extenderet.

Fixarum Distantiarũ numerus ad 20000 ascendit.

In Altitudinibus Fixarum determinandis, haud etiam fui contentus, unâ aut alterâ observatione, uno aut altero die, vel Mense captâ, verùm maximam earum partem, & omnium præcipuarum præ aliis notandarum, aliquoties, imò multoties, non tantùm uno eodemq; anno, sed succedentibus, pluries repetitis vicibus, utpote interdum decies, duodecies, imò quindecies repetivi, examinavi: exempli gratiâ, Lucidam in Scapulis Aquilæ primùm anno 1653, die 17, 21, 22, 23, 25 & 26 Augusti, deindè rursùs anno 1657, die 18 Septemb., anno 1671, die 14, 15, 31 August. & 1, 2 Sept. anno 1677 die 26 & 27 Sept.; alias ut taceam, quæ adhuc pluries fuerunt exploratæ. Id quod huic Cœlesti negotio plurimùm tribuit; ut eò rectiùs cognoscamus ipsas Stellarum Declinationes, tum etiam incrementa, & decrementa ratione altitudinum Meridianarum, atq; Declinationum. Accedit, obtentis hujus generis observationibus pluribus, quòd de Instrumentorum nostrorum fabricâ, divisionibus, pinnacidiis, posituq; aliquid certi statuere liceat, tum etiam quâ diligentiâ Observator ejusdem Altitudines definiverit, quænam aliis sint certiores & accuratiores; atq; ita quænam ad reformationem Catalogi Fixarum eligendæ, retinendæ. Id quod sanè ex unâ solâ observatione fieri haud potest unquam; sed res in dubio relinquitur, an se se ita vel aliter habeat? Cumprimis mihi etiam ipsi plurimùm iteratæ illæ observationes declinationum contribuerunt, ut in illis nostris declinationibus, quæ à Tychonis, Riccioli, aliorumq; recentiorum Auctorum adeò longè, in plurimis scilicet integris minutis recedunt, eò certior redditus fuerim. Nam indubitatum est, assentiente Ricciolo pag. 232 Reformatæ Astronomiæ: *aliquas declinationes Tychonicas, non esse ita certas, quin liceat suspicari de errore unius duorumve minutorum*:

Quomodo auctor se gesserit in observandis Meridianis Altitudinibus.

Una eademq; altitudo Meridiana multoties est repetita.

Iteratæ Observationes plurimùm ad rei certitudinem conducunt.

Auctor in declinationibus sapius à Tychone & Ricciolo dissentit.

Teste Ricciolo Tychonis declinationes non rarò vacillant.

prout ex Prodromo noſtro Aſtronomiæ dilucidiùs perſpicies. Quisnam autem noſtrûm in his vel illis propiùs ad veritatem accedat? non ſolùm hæ noſtræ obſervationes; ſed etiam Tuæ, mi Aſtrophile, aliorumq́; in poſterum inſtituendæ, dummodò majoribus,& accuratioribus Organis, remotâ omni præconceptâ opinione, rem ſuſceperis,noſtraq́; obſervata non ſugillandi, & ſtrigilandi ſtudio, verùm æquiori animo omnia diſcernendi, examinandi, oſtendent. Reperies ſine dubio minimùm nonnulla, quæ non adeò pingui Minervâ ſunt à nobis conquiſita, atq́; non minùs, ac aliorum, poſſe, ſuo tempore, in Uraniæ cedere commodum.

Quisnam propiùs ad veritatem accesſerit,obſervationes oſtendent.

Minimùm nonnulla invenientur inter Obſervationes Auctoris, quæ non adeò ruditer ſunt adminiſtrata.

Liber III Machinæ noſtræ Cœleſtis ſigillatim omnium Planetarum Obſervationes exhibet. Et primùm Solis Altitudines Meridianas, cum Æquinoctiis, tam Vernalibus, quàm Autumnalibus, nec non Solſtitiis, & Æſtivis, & Brumalibus, quotquot unquam ab anno 1652 hucuſq́; ex Cœlo, Magno noſtro Quadrante Azimuthali depromere licuit. Ægrè admodùm ullum innubem elabi pasſus ſum diem, niſi fortè adverſa valetudo, abſentia, publica nonnunquam negotia (privatis namq́; tantùm non indulſi) vel aëris intemperies prorsùs obſtiterit. Quanquam dies turbidi, minimeq́; ſereni, hîc apud nos ſub noſtro climate, perquàm ſunt frequentes. Adeò, ut ſub hâc elevatiori Poli altitudine, præſertim nobis mari, amplisſimisq́; fluminibus ſub Arcto adhabitantibus, negotium hocce obſervatorium multò ſanè graviùs accidat, quàm quidem illis ſub Auſtraliori climate conſtitutis, benigniori utplurimùm Cœlo gaudentibus. Nobis verò etiamſi vigiles ſemper oculos ad Cœlum erigamus, ſæpiùs nubes, aërq́; præter omnem ſpem turbidus, mirè illudit; ſic ut minimam partem obſervationum, magnâ temporis jacturâ, majori quamvis diligentiâ, præ dictis illis Auſtralioribus Siderum Contemplatoribus hîc obtineamus.

Liber III hujus Machinæ quænam exhibeat.

Sub elevatiori Poli altitudine longè operoſiùs eſt negotium illud obſervationis expedire.

In Obſervationibus Solis, hunc ſervavi ordinem: in fronte cujusvis paginæ invenies,quo anno fuerint inſtitutæ; ſub columellâ ſiniſtrâ, Menſem atq́; diem, juxta Calendarium Gregorianum; ſub columellâ ſecundâ, ipſas Altitudines Solis Meridianas; ſub tertiâ, quonam Quadrante ſint

Ordo Obſervationum Solarium.

captæ;

captæ; ſub quartâ, quâ aëris temperie; ſub quintâ, quâ diligentiâ obſervatæ fuerint Altitudines: interdum enim alia præ aliâ, ob diverſisſima intervenientia, intercurrentes ſcilicet nubeculas, Inſtrumenti poſitum; interdum quòd nimis tardè ad obſervationes accedamus, Sol Meridianum ex parte jam tranſierit, vel ob interpellationes, aliaq́; plurima, ut harum rerum Exercitatiores probè habent exploratum, aliquantò accuratior, inter tot innumeras evadit, ut ut ab omnium circumſpectisſimo, imò ipſo Argo peragantur; & deniq́; ſub ſextâ columellâ neceſsaria quædam notanda apposui; utpote nonnunquam magnitudinem diametri Solaris Quadrante obtentam; nec non an hoc, vel illo Die Maculæ in Sole (quousq́; illas obſervavi) extiterint. Sic ut, Candide Aſtroſophe, omnes meas Altitudines Meridianas Solares ibidem habeas, quas intra 27 annos continuo tractu (cæteris minoribus Quadrantibus peractis planè neglectis) indefeſso ſtudio acquiſivi; quarum numerus ad 1500; Æquinoctiorum & Solſtitiorum verò obſervationes ad 60 ſe ſe extendunt: ſpero Te ultrò largiturum, pro uno homine meæ conditionis eas ſufficere; num alius quisquam hactenus ſolus longè plures (quod præfiſcinî dixerim) peregerit, nondum hactenus cognovi. In margine, ut eò promptiùs ea ad uſum transferre queas, habebis quo loco omni tempore Sol reſederit, ac ubinam Solſtitia, & Æquinoctia ſint deprehenſa.

Cur alia præ aliâ obſervatio nonnunquam ſit accuratior.

Quamdiu Altitudinibus Meridianis Solaribus auctor invigilaverit, & quot earum adminiſtraverit.

Numerus Æquinoctiorum & Solſtitiorum.

His expoſitis, Obſervationes Lunares ſequuntur, quarum etiam ultra 2000 à me maximis Organis fuerunt expeditæ, ab anno videlicet 1658 ad annum usq́; 1679; atq́; toties, quoties unquam à gravioribus negotiis licuit, Lunam inſectatus ſum: quò non ſolùm in Eclipſibus, Conjunctionibus, & Oppoſitionibus; ſed etiam in quocunq́; alio Cœli ſitu, in Quadraturis videlicet, Trigonis, circa utrumq́; Nodum, ac Limitem, circa Apogæum, & Perigæum, in mediâ diſtantiâ, tam in Nonageſimo, quàm extra Nonageſimum; atq́; ita in omnibus ferè Signorum gradibus Lunam obſervatam haberes; ex quibus deinceps, quæ viderentur eligeres, atq́; eas in Tuum, & Aſtronomiæ commodum

Lunarium obſervationum ultra 2000 dantur, in quocunq́; Cœli loco obtentarum.

Auctor Dei Gratiâ Lunam eò deduxit, ut Nodus ejus Boreus per quævis signa Cœlestia incesserit, atq; sic totum suum curriculum absolverit.

transferres. Deo gratias habeo sempiternas, vitam mihi hucusq; proroganti, quò potuerim observationes hasce Lunares eousq; producere, quoad Nodus ejus Boreus, per quævis Signa Cœlestia fuerit promotus. Nam anno 1658, Mense Martio Nodus Lunæ Boreus, in 15 Grad. Sagittarii versabatur, & anno rursùs 1676, Mense Octob., idem Nodus rursùs ad 15 gradum Sagittarii pervenit; sic ut modò jam integrum Signum & ampliùs contra seriem Signorum retrogrediendo absolverit.

Ordo Lunarium & reliquorum Planetarum Observationum.

Ordo harum observationum Lunarium, ut & reliquorum omnium subsequentium Planetarum hic est: In fronte pariter, ut in Solaribus, adscriptus est Annus, quo Observationes sunt peractæ; antecedens columella exhibet Mensem & Diem; subsequens, Tempus æstimatum in Horis Minutis, & Secundis, juxta horologium ambulatorium; tertia, ipsas Observationes Distantiarum, & Altitudinum, tam Planetarum quoad Refractiones, quàm Fixarum nonnullarum ad tempora corrigenda; quinta, quibus Instrumentis sint administratæ; atq; sexta columella ostendit tempora correcta, ex Altitudinibus ritè supputata; quamvis non absq;, in Planetis omnibus, magno nostro labore, ut Tu parcere Tuo posses, fuerint enucleata. In margine pariter videbis, quâ in parte Cœli, in quâvis observatione, Luna hæserit, an circa Nodos, Limites, Apogæum, vel Perigæum? deprehendes, mi Lector, nonnunquam unius anni spatio ferè in omnibus Signis Cœlestib9 Lunam esse debitè observatam.

Correcta tempora Planetarum Observationibus sunt apposita.

Saturnus quoq; in omni Cœli parte sedulò est observatus.

Lunam subsequitur Saturnus, in cujus observationibus puto pariter me officio meo functum esse. Ubi in primis est notandum, quòd hunc, nisi me Stellarum Fixarum observata, ad novum Catalogum condendum sæpiùs avocassent (hunc enim laborem reliquis prætuli) multò pluries observassem. Nihilo tamen minùs habebis adhuc ultra 2000, non tantùm in Oppositionibus, & Quadraturis; sed pariter in quovis Cœli loco, exceptis tot ac tot Occultationibus, & Appulsibus Lib. II exhibitis. Deo insuper unicè referendum habeo, quod Saturnum cumprimis eâ in Cœli parte, in iisdemq; Signis Cœlestibus mihi animadvertere

Saturnus ab Auctore in illis Zodiaci Signis deprehensus est, in quibus à Tychone haud observari potuit.

obtige-

obtigerit, in quibus Tychoni, ob cursum ejus tardissimum (quippe vix intra tricesimum annum, integrum suum absolvit curriculum) prorsùs fuit denegatum. Etenim Tycho dictum Planetam primùm in 5 gradu Piscium, anno scilicet 1582 observare incepit, atq; illum anno 1601, in 10 Grad. Scorpii existentem deprehendere desiit; eatenus, ut in octo tantùm Signis, utpote in Piscibus, Ariete, Tauro, Geminis, Cancro, Leone, Virgine & Librâ, ad Scorpionem usq; illum fuerit rimatus. At ego verò initia Observationum Saturni ibidem ferè cepi (si ab anno 1657 principium duco) ubi Tycho, ob præmaturam mortem illum in 15 Gradu Libræ existentem relinquere est coactus; adeò ut Saturnum, Gratiâ Divinâ adjutus, per Libram, Scorpium, Sagittarium, Capricornum, Aquarium, Pisces, Arietem, Taurum & Geminos observaverim.

Ubi Tycho desiit, ibidem ferè Auctor suas observationes initiavit.

Habes itaq; nunc, Benevole Astrophile cum Totâ Posteritate, ab utroq; nostrûm totum Saturni curriculum; & id quod ab uno haud potuit absolvi, ab altero feliciter est peractum. Quod si verò ab anno 1630, Saturni initium sumere velim, ab illâ scilicet Occultatione circa Insulam Huennam, Saturno in 29 Gradu Libræ existente deprehensâ; sive ab anno 1644, cum dictum Planetam minoribus Instrumentis in 23 Grad. Piscium observaverim; profectò jam pridem ipse solus totam ejus absolvi periodum. Si Deus vitæ meæ dies adhuc ampliaverit, operam navabo, ut Saturnum quoq; per illa residua Sidera, utpote per Cancrum, Leonem, & Virginem bono publico, majoribus illis Organis feliciter impetrem. Sin verò Deo Opt. Maxim. aliter forsitan visum fuerit, Te, omnesq;, qui vestigia nostra prement, obnixè rogo, ut curam hanc, ad Cœlestia hæcce Studia ulteriùs promovenda suscipiatis, ad ea videlicet omnia supplenda, quæ fortè à nobis, ob alia expedienda, vitæq; brevitatem intermissa fuére. Quippe ex hisce Observationibus Posteritati plurima dependent: nam hujus generis observata, ut nunc sic pariter subsequentibus Seculis, eodem cum felici successu, ad Tabulas restituendas adhiberi non nequeunt. Quid? quod, quò vetustiores evadant, eò pretiosio-

Per totum Signiferum Saturnus à Tychone & Auctore observatus est.

Ab anno 1644 auctor solus Saturnum per totum suum curriculum concomitatus est.

Posteritas rogatur, ut ea quæ forsitan adhuc deesse videantur, haud gravatim suppleant.

tioſiores longè ſint, atq; nullo ære redimendæ. Utinam Laudatisſimi Noſtri Antecesſores tales in eo numero nobis reliquisſent, jam, crede, longè ulteriores in hâc Scientiâ fecisſemus progresſus.

Diſtantiæ Planetarum ferè omni tempore repetitæ ſunt, & toties etiã annotatæ.

Ordo harum Obſervationum, idem omninò eſt, ac Lunarium, tum illis ſimul tempora ex altitudinibus emendata adjeci. Ubi admonendum habeo, quando Saturni, vel alterius cujusdam Stellæ Erraticæ nec non Fixarum certam diſtantiam ſum dimenſus, rarò unâ ſolâ, ſi aëris ſerenitas, aut alia negotia id permiſerunt, me acquievisſe; ſed ferè omni tempore, eandem ipſam intercapedinem, mutatâ regulâ, tum hoc, tum illo Socio, pro majori certitudine, protinùs iterasſe. Hinc quoties eandem ipſam diſtantiam examinavimus, toties illam etiam eandem ſigillatim annotavimus, etiamſi differentia paucorum ſolummodò extiterit ſecundorum, imò ſæpiùs planè in iisdem convenerint. Ne non quilibet perſpiciat, quâ ratione ſint animadverſæ, accuratioresq; non nequeat eligere. Et licet nonnunquam in uno integro, aut ſemiminuto, inter feſtinandum, vel aliâ quâpiam de cauſsâ in hâc vel illâ obſervatione fuerit aberratum; nihilominùs eandem haud politam, haudq; correctam, ſed candidè reliquis obſervationibus adjeci: quò ſimul pateat, non rarò etiam de recto tramite diſcedere nobis mortalibus contingere, atq; neminem tam exercitatum & felicem eſſe, quin aliquando extra chorum ſaltet. Num verò, nullâ ratione, iterum iterumq; dico, in ullis Planetarum & Fixarum Obſervationibus, ad duo vel tria minuta integra rem deducere quiverim, Aſtroſophi æquitati ſtudentes, mentemq; gerentes exauthoratam, ex quibusvis noſtris obſervatis ſatis ſuperq; perſpicient, ut ut diverſisſimis Inſtrumentis, Sociisq;, ut jam ſuprà tetigi res eadem nonnunquam ſit peracta.

Quousq; Auctor graduum particulas dirimere valeat; obſervationes docebunt.

Jovis totum curriculum alterâ ferè vice obſervando explevit Auctor.

Jovem, quod attinet, illum anno 1657, Majoribus Organis ex ære conflatis in 11 Grad. Cancri tum exiſtentem dimetiri ſum aggresſus. Et cùm integrũ ſuum meatum in duodecim abſolvat annis; hincq; non tantùm jam anno 1669, ubi rursùs ad Cancrum redierat, totam ejus abſolvi periodum; ſed

ſed penè ſecundà vice, commorante nimirùm nunc in Ariete, circulum ejus complevi. Eundem hunc Planetam pariter in quibusvis Oppoſitionibus Acronichiis, Stationibus, & Retroceſſionibus, quoties tantummodò licuit, probè ſum dimenſus: ſicuti obſervationes, quarum penè 2500 ſunt, luculenter oſtendent. Unde Curioſi Siderum Antiſtites, procul omni dubio, nonnulla minimùm invenient, non minùs ad hujus Planetæ motum reſtaurandum.

Numerus Obſervationum Jovialium ad 2500 ſe ſe extendit.

Marti quoq́;, quoties tantummodò conceſſum eſt, ſedulò invigilavi. Perſuaderet quidem ſibi quisquã, cùm curriculum ſuum, per integrum Zodiacum, ſpatio biennii ferè abſolvat, hunc Planetam paucioribus obſervationib9 poſſe abſolvi, ac rectificari. Verùm enimverò, ſcias, Benigne Lector, Aſtronomos Sapientiores, præprimis Acutiſſimum Keplerũ ferè omnium maximũ cum hoc Errone habuiſſe negotium, priusquam illum à gravioribus liberaverint erroribꝰ. Atq́; primùm exinde, quòd diu pleruńq́; ſub radiis lateat Solaribus, antequam ſcilicet in conſpectum veniat. Deinde, ſi in ſingulis Zodiaci Signis ex Acronichiis obſervationibus, motus ejus debeat emendari, anni propemodùm viginti quatuor requiruntur: prout Tycho, nec nõ Ricciolus pag. 498 Almageſti fatentur. Obſervationes ejus præcipuas pariter an. 1657 incepi, & huc uſq́; continuavi: unde elucet, me illum per univerſa Zodiaci Signa undecies obſervando concomitaſſe, atq́; interea duodecies Stationarium, non ſemel quidem, ſed per plurimos continuos nonnunquam dies, tam antè, quàm poſt ipſam Stationem, quoad fieri à me potuit, eum obſervaſſe; non minùs in omnibus Oppoſitionibꝰ, Quadraturis, & Trigonis cum Sole, cùm circa Nodos, tum utrumq́; Limitem, ut in cæteris Planetis factum, etiam atq́; etiam ſum inſectatus.

Mars etiamſi totũ ſuum Eccentricum longè breviori temporis ſpatio percurrat; tũ hilominùs pluriumorum annorum obſervationibus opus habemus, ad motum ejus reſtituendum.

Quoties Martem per totum Signiferum, nec non ſtationarium obſervaverit Auctor.

De Cætero, Venus pariter hocce in Obſervationis negotio, minimè eſt neglecta, tam in Matutinis, quàm Veſpertinis apparitionibus, præprimis circa Ejus maximas à Sole Digreſſiones, tum in quocunq́; Cœli poſitu, non tantùm tempore nocturno, ſed & diurno. Nam, cum præcipuus noſter ſcopus nullo non tempore extiterit, negotium iſtud Fixarum Stellarum ſuſcipere, utiq́; etiam diurnis Veneris

Venus quoq́; frequentiſſimè in quibusvis affulſionibus obſervata.

Et diurno tempore Venus ſæpiùs à Sole diremptа eſt.

Obſervationibus, quousq; ad dictum negotium ſufficerent, ſummoperè neceſsum fuit incumbere. Quò diſtantias Ejus à Sole ritè probeq́; explorarem, ac ſic deinceps, harum beneficio Lucidam Arietis, juxta principium ejus rectè poſſem conſtituere. Quoniam verò hujus generis Obſervationes, non quovis loco & tempore ſunt obviæ, nec quovis anno (ut ut maximoperè exoptas) varias ob cauſsas, peragi queunt: exinde per annos aliquot mihi fuit attendendum, priusquam in commodis Signis, & quidem in maximâ ſimul Elongatione à Sole, opportuno anni tempore, Cœlo omninò defæcato, extra refractiones, eam potuerim deprehendere, & quidem tam tempore matutino, quàm veſpertino. Atq́; ita illam matutinam non ante annum 1660, Menſem Novembris, in parte Cœli Borealiori commodè contemplari licuit: quo tempore ſummoperè allaboravi, ut peculiari ratione iſtas Obſervationes, & diurnas à Sole, & nocturnas à diverſiſsimis Fixis, non neglectâ ejus altitudine Meridianâ, clariſsimâ die, quoties ſerenitas id permiſit, expedirem. Rursùs Venerem exiſtentem in Ariete, Anno 1662, Menſe Martio ſæpiùs veſpertinam à Sole ſum dimenſus, quo tempore, nonnullis diebus, undecim diverſas diſtantias ejus à Sole, ex voto impetravi, nec non eâdem veſperâ 17 diſtantias ejus à diverſis omninò Fixis. Alio verò tempore, non minùs, ut in cæteris Planetis, ejus Stationes omnes, Retrogreſsiones neutiquam neglexi, nihil planè omittendo, abſit gloriola, quod ad commodū Aſtronomiæ ſpectare ſum arbitratus; ni fallor, Obſervationes Veneris ad 2000 ferè accedunt, ut vix unicum in Cœlo reperias Signum, ubi illam nō ſemel tantùm, ſed aliquoties, diverſisq́; vicib9 obſervaverim, atq́; de Cœlo deduxerim: prout res ipſa loquitur. Ad hæc autē omnia & ſingula conquirenda, plurimi certè requiruntur anni, quemadmodùm etiā iſtis Contemplationib9 viginti annos, cujus tamē laboris me minimè piget, conſumpſim9.

Non quovis tempore diurnis Obſervationibus Veneris invigilare poſſumus.

Singulari ratione Veneris obſervationes fuerunt inſtitutæ.

Quot obſervationes Veneris Auctor impetraverit.

Quare Mercurius rarò admodùm conſpiciatur.

Ultimò, in hocce Libro III Obſervationes Mercurii, rariſsimi illius hoſpitis, qui rarenter admodùm, ſicuti Aſtronomis optimè conſtat, in oculos incurrit; quippe ferè nunquam non, Soli adeò arctè adhæret, ut non niſi matutino, & veſper-

veſpertino tempore, in ipſo crepuſculo, ſub adſpectum veniat; adhæc brevi temporis ut plurimùm ſpatiolo ſupra Horizontem permaneat, ac rarò admodùm Cœli ſerenitas in iſtis affulſionibus tum faveat, quò debitè, & ſufficienter à quopiam poſſit notari. Ideoq; Vetuſtiores Aſtronomi illum ipſum Planetam convenientibus Organis infrequenter ſunt dimenſi. Imò etiam hoc noſtro ævo, qui viſu haud pollet, ſatis habebit negotii, priusquam debitas & accuratas Obſervationes, à diverſis Fixis, majoribus Organis, nudoq; oculo, impetret. Quandoquidem Obſervatores tempore excluduntur; cùm protinùs plerunq; poſt Solem occidat, & vix longè ante Solẽ oriatur; quo tempore pauciores præcipuarum Fixarũ, quæ alicujus ſunt ſplendoris, ſub adſpectum prodeunt, à quibus diſtantiæ capi debent, præſertim in locis Borealioribus, nobis, quibus Polus maximè elevatur, & quibus breviſſimo tempore vix ultra integram unicam horam, ſupra Horizontem ſe ſe præbet conſpiciendum. Quâ de cauſsâ plerunq; hîc apud nos intra horam, imò ſæpiùs intra 30 Minuta, quin-etiam 20 Min. obſervationes omnes expedire nos oportet. Id quod ſanè perquàm grave accidit Obſervatoribus: ſicuti id ipſum in Mercurio Noſtro pag. 41, 42 & 43 fuſiùs deduximus. Ex eo etiam obtigit, quòd Magnus Noſter Copernicus neutiquã Mercurium obſervaverit: Conqueritur Lib. V. cap. 30 Revolut. quòd in plurimis Zodiaci Signis, ne ſemel quidem, ut ut in maximis à Sole Digreſſionibus affulgeat, inquiens: *Siquidem in Ariete & Piſcibus non oritur conſpectui noſtro, nec rursùs occidit in Virgine & Libra: ſed neq; in Cancro vel Geminis ſe repræſentat quoquomodo, quando crepuſculum noctis ſolùm vel diluculum eſt, nox verò nunquam niſi Sol in bonam partem Leonis receſſerit.* Pariter Tycho, licet longè præſtantioribus Organis, quàm Prædeceſſores omnes affatim fuerit inſtructus, illum in pauciſſimis Signis, teſte Keplero, pag. 15 ſuarum Ephemeridum eſt contemplatus: *In Mercurio* (inquit) *omnes ejus Obſervationes à Brahæo conſcriptæ per 20 annos, quæ quidem fidæ ſunt, & indubiæ, intra unicum Eccentrici Mercurialis trientem cadunt, reliqui duo trientes inobſervati manent hoc quidem ſæculo, inq; noſtro hemiſphærio.* Ita ut Tycho Mercurium, fatente Keplero non niſi in quatuor Zodiaci Signis obſervaverit.

Mercurii Obſervationes Veteres habuerunt paucisſimas. Unde etiam hoc noſtro ævo difficulter ejus obtineantur obſervationes.

Intra horam unicam, imò ſemihoram obſervationes Mercurii expediendæ ſunt.

Copernicus ne ſemel quidem Mercurium obſervavit.

Et Tycho Mercurium per 20 annos nonniſi in 4 Signis debitè obſervavit.

Quænam Auctorem incitaverint, ad Mercurii observationes in majori numero obtinendas.

Hæc omnia eò magis mihi fuerunt incitamento, ad Mercurii Obſervationes tantò diligentiùs proſequendas, ac conquirendas. Singulis itaq; vicibus, quoties unquam apparuit, omnibus modis anhelavi, ut illum ritè, ac debitè, majoribus Organis, dirimerem. Spatio 21 annorum, neſcio an Mercurius bis ſe ſe mihi, niſi fortè peregrè abfuerim, ſubduxerit; in reliquis autem apparitionibus ferè omnibus omnium annorum, puto me illum ſufficienter obſervaſſe: nonnunquam unâ ipsâ apparitione, tam veſpertinâ, quàm aliâ vice matutinâ, continuis decem, imò undecim diebus ei invigilavi, & inſuper quâvis die, diverſas diſtantias, quando ſerenitas aëris permiſit, à diverſis Stellis Fixis capiendo. Rarò perquàm duabus ſolis diſtantiis fui contentus (licet ex duabus utiq; ejus locus rectè indagari poſſit) ſed majoris certitudinis gratiâ, ut Poſteritati, omnibusq; Siderum Scrutatoribus rem adeò haud ingratam exhiberem, Mercurium à quatuor, quinq; diverſis interdum Fixis ſum dimenſus: quò ejus Longitudo & Latitudo eò accuratiùs per calculum detegeretur. Et quamvis plurimi Aſtronomi, atq; inter illos Doctiſſ. Ricciolus, Obſervator ille haud Plebejus, exiſtimaverit, quòd ad Mercurii Obſervationes obtinendas ſimul octo Obſervatores requirantur, ut Lib. VII. Cap. VI, pag. 499 Almageſti legere eſt; nihilominùs, Divinâ aſſiſtente Gratiâ, ipſe ſoluſ, unico tantummodò Socio ſtipatus, omni tempore, univerſas meas peregi obſervationes; imò nonnunquã unâ eâdemq; veſperâ ad triginta, ratione ipſius Mercurii, quin-etiam ſpatio 55 Minutorum ad viginti expedivi: quemadmodùm Obſervationes ipſæ, inprimis Anno 1661, Die 11 April. peractæ, luculenter teſtantur.

In quibusvis ferè affulſionibus ſpatio 20 annorum Auctor Mercurium debitè rimatus eſt.

Quoties & quâ ratione Mercurius fuerit obſervatus.

Ex Riccioli ſententiâ plurimi obſervatores ſimul ad Mercurium requiruntur.

Auctor non niſi unico Socio obſervationes nunquam non expedivit.

Auctor haud paucas de Mercurio obſervationes impetravit.

Non dubitò, quin ex hiſce obſervationibus, quorum numerus ad 1200 aſcendit, nonnulla Aſtronomi in poſterum inveniant, ad motum Mercurii accuratiùs reſtaurandum. Ea inſuper felicitas, adſpirante Divino Numine mihi obtigit, ut non ſolùm Mercurium, ſicuti Keplerus annotat, in quatuor Zodiaci Signis fuerim rimatus; ſed in omnibus ferè, præterquam in Capricorno, & in Cancro leviter tantummodò: de quo fortè miraberis. Verùm rem ita ſe ſe prorsùs

Auctor in omnibus Zodiaci Signis (exceptis duobus) Mercurium obſervavit.

prorsùs habere, ipſæ Obſervationes oſtendunt. Operam præſertim dedi pro viribus, quò illum pariter in Maximis Elongationibus, pariter in quâvis à Sole diſtantiâ & remotione, cùm in Stationibus, tum circa Nodos ac Limites, quando tantùm in conſpectum prodiit, quiverim dimetiri.

Cur Auctor peculiari Libro III observationes omnium Planetarum tradiderit.

Atq; hæc ſunt, quæ Liber III complectitur; & licet Lib. II pariter Obſervationes Planetarum, præter Solares promiſcuè de die in diem, ut fuerunt deprehenſæ, referat; in hocce tamen Libro III, cujusvis Planetæ Obſervationes in unio quaſi faſciculo ſingulatim collectas, cum tempore ex altitudinibus correcto habes: eum in finem, ut quilibet multò citiùs ea, quæ velit, reperiat, etiam errores typographicos, ſi qui commiſſi (quos tamen quantum fieri potuit ſummâ operâ, quippe qui ipſemet iſti curæ præfui, præcavi) poſſet cognoſcere.

Liber IV Diſtantias Fixarum omnium tum Auctoris tum aliorum Aſtronomorum exhibet.

Deniq; Liber IV hujus Machinæ Cœleſtis, omnes & ſingulas Diſtantias Stellarum Fixarum, quæ ſexageſimum gradum non excedunt, à me obſervatas, cum reliquorum Clariſſimorum Obſervatorum intercapedinibus, utpote Tychonis, Principis Haſſiaci, Gaſſendi, Metii & Riccioli, quippe apud alios nullas alicujus ponderis potui reperire, profert. Cùm ex his Diſtantiis maximæ res dependeant, atq; inſtar Theſauri meritò ab Aſtronomis habeantur: quia non ſolùm nobis nunc viventibus; ſed toti Poſteritati, ad Mundi usq; exitum inſervire queunt. Permanent enim perpetuò eædem, & ſi ſemel tantummodò exquiſitè ſunt definitæ, nullâ ampliùs limâ opus habent: cuilibet ad res plurimas æq; ac mihi, omni tempore, inprimis ad novum Fixarum Catalogum conſtruendum, ad loca Planetarum ac Cometarum eruenda, auxilio eſſe poſſunt.

Fixarum Diſtantiæ plurimis rebus inſerviunt.

Quare Auctor Diſtantias Fixarum peculiari libro ſub certis Titulis exhibere voluerit.

Proinde cùm cujusvis Stellæ Diſtantias, vix ex Libro II, propter rerum diverſiſſimarum multitudinem invenire queas, niſi ſingulas pagellas multoties pervolveris, multò minùs quoties, & quibus annis, ac quibus Inſtrumentis, eædem ſint deprehenſæ, ac ita quomodo inter ſe diverſæ illæ couveniant, ut certiora præ cæteris cognoſcas; è re eſſe Aſtronomicâ ſum arbitratus, ut diſtantias illas omnes, quotquot hucusq; obſervare con-

Juxta ordinem Alphabeticum omnes distantia sunt dispositæ.

cessum est, sub certos titulos, juxta ordinem Alphabeticum redigerem: eâ quidem ratione, ut primùm distantias ab Andromedâ, deinde ab Antinoo, Aquario, Aquilâ, Ariete, & deniq; ab Aurigâ; & rursùs cujusvis Sideris à reliquis omnibus præcipuis stellis ad 4 magnitudinem usq;, juxta literarum consequentiam, exhiberem. Minorum verò Stellarum, utpote quintæ & sextæ magnitudinis, nec non omnium novarum à me primùm observatarum intercapedines, cuivis Sideri sub finem suas, sub Titulo minorum Stellarum, ut conjunctim protinùs paterent omnibus, à quibus fuerint diremptæ, apposuimus. Adeò ut nullo ferè negotio cujusvis Sideris ac Stellæ, tam hactenùs cognitarum, quàm nunc primùm à me detectarum, à quocunq; etiam Sidere observatarum distantias evolvere non nequeas. Absolutâ Andromedâ, cum omnibus subsequentibus, secundùm ordinem, ut dixi, Alphabeticum, sequitur eâdem ratione Antinous, Aquarius, Aquila &c:; sic ut priori loco distantias, cujusvis Sideris Stellarum inter se, deinde, cum reliquorum Siderum Stellis ordine habeas. Expeditis deinde iis omnibus ad. A pertinentibus, illa Sidera quæ sub B inveniuntur, succedunt; & sic deinceps: prout longè clariùs ex ipso Libro IV addisces.

Facillimo negotio quævis distantia quarumvis Fixarum reperitur.

Quid in quâvis columellâ inveniatur.

Animadvertes simul in fronte cujusvis Sideris Titulos: exempli gratiâ, sub Titulo Andromedæ & Arietis, si aliquam distantiam harum Siderum expetas, invenies sub primâ columellâ ad sinistram Stellas Andromedæ, sub alterâ nempe secundâ, Stellas Arietis; in tertiâ columellâ diversorum Authorum distantias: sub literis videlicet T. E. est distantia quæ invenitur in Tychonis Epistolis; sub T. O., sive O. quæ habentur in Tychonis Observationibus; sub R & R *, quas Ricciolus determinavit; sub G, quas Gassendus; sub M, quas Metius Cœlo deduxit; sub C verò dantur distantiæ, quarum multa millia sunt, quas ex Longitudinibus & Latitudinibus Tychonicis, magno nostro labore supputavimus; deniq; sub N nonnullas distantias, ex nostro novo Fixarum Catalogo erutas exhibuimus. At columella quarta, non nisi nostras solas distantias Cœlo deductas

Majores literæ distantiis appositæ, quid significent.

ctas continet, quibus adjeci, quonam Instrumento sint captæ; S.O. Sextantem nostrum Magnum Orichalcicum denotat; O.O. Octantem nostrum Magnum Orichalcicum; O. L. Octantem Ligneum; S.L. Sextantem Ligneum: quinta verò columella, annum & diem refert, quo ex Cœlo fuerunt depromptæ.

Sub quartâ Columellâ Auctoris distantiæ exhibentur.

Spero itaq; me omnibus Rerum Cœlestium Interpretibus, quibus Urania nostra præ cæteris cordi est, atq; ejus incrementa seriò quærunt, rem haud adeò ingratam præstitisse, ut ut maximo meo labore, indefessoq; studio exantlatam: quòd videlicet omnes & singulas nostras Stellarum Fixarum Distantias, quocunq; etiam tempore ex Cœlo impetratas, in certum indicem, & luculentum ordinem redegerim; nam sic protinùs cuiq; abundè patebit, quomodo nostræ intercapedines inter se, hoc vel illo Instrumento expeditæ, ut ut interdum post decimum quintũ, imò vigesimum annum demum, & quidem diversissimis Coobservatoribus fuerint repetitæ, concordent. Illas, quæ cum maximâ parte Observationum propiùs conveniunt, omnium existimo esse veriores; ex illis verò, ubinam tantummodò binæ sunt observatæ, illam certiorem puto, & retinendam esse, cui asteriscum apposui. Reliquas verò distantias diversorum Authorum, quas ex Observationibus Tychonis, Principis Hassiæ, Gassendi, Metii, atq; Riccioli sub columellâ tertiâ, non sine aliquo negotio consarcinavi, eum in finem in medium protuli: quò primo intuitu illicò tanquam ex speculo pateat, in quibus, & quousq; nostræ ab aliorum diversissimorum Observatorum observationibus differant, tum etiam conveniant. Atq; ita faciliùs sit omnibus veritatem plùs plusq; indagare, pariter luculenter cognoscere, quisnam omnium illorum Observatorum, propiùs ad metam veritatis, suis observatis collineaverit. Non vereor lucem, propterea universas hasce Observationes simul conjunxi, quò confestim elucescat, quænam intercedat discrepantia, tam inter nostras, quàm aliorum observationes, quin-etiam rudiori Minervâ è vestigio conjicere quis valeat, in quarum Stellarum Longitudinibus, & Latitudinibus nos possimus cum aliis

Auctor putat hunc laborem haud esse frustraneum eo ordine distantias universas esse expositas.

Quare Auctor & aliorum Observatorum distantias suis apposuerit.

Auctor non veritus est sua observata cum aliorum conjungere.

aliis Authoribus propemodùm convenire, in quibus rursùs longè ab invicem discedere. Nam datis diversis distantiis, & diversa prodeunt loca Fixarum. Exoptandum equidem foret, ut pariter tot distantias apud Tychonem, quot omninò ego Sextantibus & Octantibus hucusq; peregi, invenire potuerim; sed nonnisi apud Tychonem, si rectè calculum posui 450 deprehendere potui; apud Principem Hassiæ 500; apud Ricciolum verò non nisi 242 à diversis scilicet Fixis captas. Cùm tamen idem Clarisſ. Ricciolus confiteatur, pag. 443 Almag. Lib. VI. Cap. 10, se eas observationes, cum P. Francisco Mariâ Grimaldo, per annos quatuor incredibili tolerantiâ obtinuisse. Atverò quâ Patientiâ, & quanto labore, illæ à Principe Hassiæ, & Tychone fuerint acquisitæ? cujus numerus ferè duplus, facilè est intelligere. Imò, mi Lector, quanto sudore, quibus vigiliis, quâ perpesſione diuturnâ, reliqua ut modò taceam, omnes illæ distantiæ, quæ Libro IV continentur, quarum numerus ultra 7000, à diversis solummodò Fixis captarum progreditur, à me ipso, Gratiâ Divinâ annuente, ex ipso Cœlo sint deductæ (pro quibus DEO O. M. immortales habeo grates) & quidem cum unico solùm Socio, aliis dijudicandum relinquo. Adhæc omnia meis oculis dinumeravi, dijudicavi, meâq; manu annotavi, descripsi: cùm hâc in parte incredulus sim, ac vix alicui alteri in meis observationibus facilè credam, nisi ipsemet singula perspiciam, perquiram. Procliviter enim, si alteri, qui ab auxiliis tantummodò est, fidimus, nos qui directorium gerimus, decipimur, tum in numerando, tum adscribendo: siquidem aliena vix adeò diligenter, & circumspectè, quàm propria expediuntur. Iterum iterumq; exoptassem, ut Tycho & Princeps Hassiæ plures distantias, vel ipsemet, vel per suos ei negotio tum destinatos (Tycho enim duodecim plerunq; Studiosos aluit, & Princeps Rothmannum atq; Briggium habuit à manibus) dirimere & annotare curassent; fieri sic commodè nunc potuisset, ut inter omnes, discrepantiæ procliviùs innotescerent, in quibus, & quousq; inter se convenirent.

Quot distantias Tycho, Princeps Hassiæ & Ricciolus Sextante observaverint.

Immensus labor est, plurimas dirimere distantias.

Quot intercapedines Auctor à diversis Fixis dimensus.

Præstat, ut quis ipse solus, ubi id fieri potest, observationes expediat, quàm ut alteri cuidam istud negotium concredat.

Exoptandum fuisset, ut dicti Observatores tot distantias, quot Auctor, observassent.

Quod

Quod ſi nunc illas diſtantias, ab illis jam obſervatas, cum noſtris, Benigne Aſtrophile, conferas, deprehendes Tychonis haud paucas diſtantias, præprimis præcipuarum Stellarum, quas fortè ipſe rimatus eſt, ſæpiùs ſatis præcisè noſtris convenire; ut plurimùm tamen dictas Tychonis diſtantias, cum iis ex Cœlo deductis, atq; ex Longitudinibus & Latitudinibus ſupputatis, non tantùm ad 1, 2, 3 minuta prima, etiam præcipuarum Stellarum, ſed quoq; ad plurima minuta integra diſcedere; iis diſtantiis adhuc exceptis, quarum Stellarum loca forſitan perperàm ſunt ex calculo deducta, vel procul dubio, in quibus Stellis enormiter, aut in obſervando, aut adſcribendo tum fuit aberratum. At, inquies, mi Lector, ſub judice adhuc lis eſt, quisnam Veſtrûm propiùs ad normã accesſerit, & cujus Obſervationibus magis indulgendum? Hâc de re, mi Amice, ſi quis judicium ferre percupit, is à me rogatur, ut paullò illud ſuſpendat, ne ſe hocce in ſubtiliſſimo negotio præcipitet, donec funditùs ipſe perquiſiverit omnia, ac cum aliis convenerit. Ego nolo propria magnoperè extollere, ne vanus videar rerum mearum jactator, nec certò promittere de meis, quod etiam nonnunquam more humano in his vel illis, fortaſſis in levioribus videlicet, (graviter ad aliquot gradus, niſi ex Typographico id acciderit errore vix puto) haud ſit aberratum. Nam variâ viâ, ut ſuprà meminimus, id nobis interdum obtingit, multò magis nolo aliena deſpicere; ſolummodò hoc credas velim, me omni jactantiâ remotâ, omnibus viribus, pro meâ tenuitate allaborasſe, quò Obſervationes quàm diligentiſſimè expedirem. Is qui pariter exquiſitis Majoribus Organis, ſæpiùs approbatis, & examinatis, tam quoad fabricam, pinnacidia, quàm diviſiones, gaudet, ipſe poterit omnia & ſingula examinare; atq; tum patebit, præſertim ex Poſterorum obſervatis, qui nullorum ſunt partium, quo in pretio, hæc vel illa, hujus vel illius obſervatio ſit habenda. Si in quibusdam paucis ſecundis, vel etiam ſemiminuto, mi Amice, cum meis, atq; aliorũ obſervationib9 non omni tempore fortè omninò convenias, quæſo, ne protinùs vel mihi, vel Tibi victoriam attribuas; ſed aliis

Quousq; Tychonis diſtantiæ cum Auctoris conveniant.

Quis Obſervatorum correctiùs omnia adminiſtraverit, tempus docebit.

Etiamſi omnis adhibeatur diligentia, attamen nonnunquam aberratur.

Quid faciendum, ſi obſervationes interdum non omninò coincidant.

Omnes observationes in ipsis secundis vix unquam convenire possunt.

diversis id rursùs dijudicandum relinquas: ego mihi profectò nunquã persuaderi passus sum, etiamsi similia perfectissima Organa ad res Cœlestes determinandas adhibeamus, semper in omnibus, & in ipsismet secundis, (etiamsi id nonnunquam fiat) convenire nos posse. Nam in isto subtilissimo negotio, modò ex divisionibus, modò ex pinnacidiis, modò ex directionibus Instrumentorum discrepantiola aliqua exoritur, ut rarisimè, etiam omnium accuratiores Siderum Scrutatores, in singulis dico secundis concordent.

Minima inter Principis Hasiæ & Auctoris Observationes intercedit discrepantia.

De reliquo verò satis mirari nequeo, quòd inter Principis Hasiæ, atq; meas observationes, respectu scilicet distantiarum Stellarum Fixarum, adeò exigua discrepantiola detur, & quidem inter tot centenas, unam distantiã si excipias, quæ sine dubio, ex errore Typographico aberrat, aliisq; paucissimis, quæ non ultra 1, 2, vel 3 Minuta discrepant; reliquæ omnes, etiamsi Princeps eo tempore longè minoribus Instrumentis sit usus, tum etiam artificium illud dirigendi Regulas Sextantum, beneficio cochleæ, illi nondum innotuerit, multoties ad 5, 10 vel 20 videlicet secunda, non nunquam in ipsis etiam secundis, cum meis conveniunt; cùm tamen vel Princeps ipse, vel ejus Observatores, ut Rothmannus, cum suo Socio Briggio, ob arctiora Instrumenta, nunquam in secundis observationes ausi fuerint discernere, tantummodò in minutorum summùm quadrantibus; ut Ipsi Tychoni plerunq; etiam usu venit. Adhæc, ubi Princeps in quibusdam paucissimis, ad minutum unicum, duo vel tria minuta adhuc à nostris discedit; nihilominùs tamen nos ambo, meliùs semper convenimus, quàm Princeps, atq; ego cum Tychone. E contra Tycho in maximâ parte distantiarum ad 4, 5, 10, minuta, præsertim Minorum Stellarum, nec non etiam pluries in Majorum Stellarum secundæ ac primæ magnitudinis distantiis, ad plurima integra minuta ab utroq; nostrûm dissentit. Quænam autem hujus rei genuina sit caussâ, haud facilè dixerim; quantum tamen mihi subolet, puto id ipsum, non nudis pinnacidiis, neq; collimationi nudo oculo administratæ, multò minùs ipsi Tychoni, ubi ipsemet observationes administravit, sed incuriæ &

Meliùs semper Princeps, quàm Tycho cum Auctore concordat.

Tycho non rarò in multis minutis integris deviat.

Cui adscribendum, quòd sapius Tychonica observationes à vero adeò longè discedant.

indili-

indiligentiæ Studioſorum Tychonicorum, quos ad obſervationes deſtinaverat, eſſe adſcribendum: quòd nimirùm nonnunquam in abſentiâ Tychonis non ritè collineaverint, annotaverint, & ex calculo rectè omnia deduxerint, atq; ſæpiuſculè ſic Tychonem eluſerint. Atverò Illuſtr. Princeps Hasſiæ, quando fortè ipſemet illis obſervationibus præeſſe haud potuit, non niſi Rothmanno & Briggio, exercitatis illis Viris, negotium illud concredidit, qui ſoli continuò (quantum mihi eſt compertum) omnia adminiſtrarunt, ac ſine dubio, multò fervidiori, ac candidiori animo rem omnem tractarunt: Hincq; accidit, quòd Obſervationes Hasſiacæ aliquantò accuratiùs ſint peractæ.

Quid Cauſſa ſit, quòd Obſervationes Hasſiacæ meliùs Cœlo reſpondeant.

Cæterùm confido, me etiam aliqualem gratiam, ſi non ab omnibus, minimùm tamen ab illis Cœlum non nihil penitiùs introſpicientibus meruiſſe; quod ferè omnibus meis diſtantiis ab hactenus cognitis Fixis deprehenſis, ſimul eas etiam ex Longitudinibus & Latitudinibus Tychonicis ſupputatas, & à me ipſo, & ab aliis, qui mihi fuerunt ab officiis (cùm labor iſte non fuerit unius hominis gravioribus negotiis deſtinati) adjecerim. Quò unicuiq; illicò ſit liquidum, an eandem rursùs diſtantiam Tychonicam, quam Organis ipſe obſervavit, longitudo & latitudo ejus exhibeat. Nam ubi ex calculo erutæ diſtantiæ, cum illis à Tychone obſervatis non omninò conveniunt (paucis quibusdam ſecundis exceptis, quæ in calculo hâc vel illâ methodo, ſive per Sinus, ſive Logarithmos peragendo, facilè nobis effluunt) certum eſt indicium, loca illarum Stellarum in Catalogo haud eſſe penitùs correcta, & plerunq; tot minutis, ſive quà Longitudinem, ſive quà Latitudinem à vero diſcedere, quot ſcilicet diſtantia ex calculo producta, ab obſervatâ diſſidet. Ubi notandum habebis (ex columellâ tertiâ Libri IV, obſervatas diſtantias diverſorum Authorum cum ſupputatis exhibente) nonnunquam quidem à Tychone obſervatas, iis ex ſuis Longitudinibus & Latitudinibus deductis optimè, in Stellis potiſſimùm majoribus, reſpondere; atverò etiam ſæpiſſimè ad aliquot minuta integra diſcrepare. Quousq; verò meæ diſtantiæ & inter ſe, & cum aliorũ obſervatis congru-

Rem fore gratam nonnullis, quòd Auctor omnes diſtantias ex Tychonis Catalogo ſimul ſupputaverit, ac ſuis aliorumq; obſervatis adjecerit.

Egregium uſum præbet, obſervatas & ſupputatas habere conjunctas.

Tychonis diſtantiæ obſervatæ, ab iis ex calculo deductis ſæpiùs diſcedunt.

congruant, vel diſcordent, ibidem quoq; eſt in propatulo: atq; ut eò clariùs veritas eluceſceret haud gravatus ſum, etiam nonnullas diſtantias, quot temporis ratio indulſit, ex meo novo Fixarum Catalogo ſupputatas, ad eandem columellam tertiam, ſub notâ N referre: quò eò promptiùs cognoſceres, quomodo hæ, cum meis obſervatis, ac rursùs cum Tychonicis & obſervatis, & ſupputatis, nec non ipſo Cœlo convenirent.

Quousq; Auctoris diſtantiæ cum aliorum atq; ſuis ipſis congruant.

Sine omni quidem dubio omnes Cordatiores ultrò fatebuntur, Catalogum noſtrum propiùs diſtantiis obſervatis, quàm Veterum accedere; Naſutulus verò vel Momus quidam, qui in ipsâ etiam nive atramentum videt, atq; Elephantum ex muſcâ facit, perſuadebit ſibi forſitan, quòd omnia & ſingula in totâ Aſtronomiâ neceſſariò in ipſis quoquè ſecundis convenire, & Cœleſtibus reſpondere debeant. Verùm enimverò talia ſibi perſuadentes longè longeq; aberrant. Nam etſi omnem humanam in obſervando adhibeamus diligentiam, nihilo ſeciùs tamen, nullâ ratione fieri poteſt, ut omnia & ſingula per calculum eò deducere queamus. Etenim nonnunquam triangula illa minùs convenientiora, ſive acutiora, ſive obtuſiora, nec non Tabula Sinuum & Logarithmorum obſtant, quò minùs omnia & ſingula, omni tempore, adeò exquiſitisſimè omnibus numeris, atq; ita in ipſis ſecundis definire valeamus; ſed frequenter nobis in ſupputando modò hîc, modò illic nonnulla ſecunda pereunt, imò nonnunquam ſeminutum, ne dicam in quibusdam etiam integrum primum, ſi tibi non caveas, evaneſcit. Modò nonnulla ſecunda, ex declinatione ipsâ, vel ejus motu, modò ex diſtantiis quibusdam, aut Cœlo haud ſatis defæcato, aut Lunâ ſplendente, aut in declivioribus ſitubus, in refractione videlicet obſervatis, ſub manu oriuntur, quæ progreſſu calculi plurima producunt, & evitari ſanè interdum nequeunt: quemadmodùm in Prodromo meo forſitan clariùs ſuo tempore exponetur. Sic ut nemo prorsùs gentium (quisquis etiam ille ſit, quibusnam etiam rem mediis tentet), etiamſi ea ſibi fingat, nec totum negotium Planetarum, nec Catalogum Fixarum, juxta meam quidem

In ipſis ſecundis omni tempore, adeò præciſè, convenire haud poſſunt; quorumcunq; etiam ſint obſervationes.

Quid cauſæ ſit, cur nonnunquam diſcrepantiola intercurrat?

Ex Auctoris ſententiâ res Aſtronomicæ in univerſum nunquam ad ipſa ſecunda deducentur.

dem ſententiam, ad ipſa omninò ſecunda, nimirùm in omnibus, perducet unquam. Quippe nihil ab omni parte perfectum; ad adeò abſolutam Scientiam in hâc vitâ humanâ, neq́; in Aſtronomicis, neq; in ullis aliis rebus atq́; Artibus (cùm Scientia noſtra ex partibus tantummodò ſit conſarcinata, atq́; juxta Apoſtoli ſententiam ex parte in hâc vitâ cognoſcamus) quicquid etiam tentemus, unquam perveniemus.

In hâc vitâ humanâ ad abſolutam ſcientiam nunquam perveniemus.

Quocirca, mi Amice, ſi pasſim in quibusdam minutioribus non omni tempore in ipſis ſecundis rem esſe peractam animadvertes, fer quæſo illa æquo animo, ac minimè hujus, vel illius contemne protinùs laborem; ſed memento variis interdum de causſis, ut ſuprà modò diximus, leviuſcula committi, etiam ab omnium Eruditisſimo, diligentisſimo ac perſpicacisſimo posſe, & ſine aliorum bonâ intentione jam peracta, esſe in numero; niſi fortè rem omnem, cum toto Fixarum Catalogo (non unicam puto aliquam Fixam, aut alteram) longè præciſiùs, & accuratiùs jam omninò peregeris, Mundoq́; commonſtraveris: quò pariter nos, cum Poſteritate videamus, an res ita etiam reverà ſe ſe habeat, promisſisq́; Tuis penitùs reſpondeant omnia. Non rarò quis longè majora ſibi imaginatur, quàm quæ unquam præſtare valet; & ii præſertim, qui in alienis taxandis lynceos ſe præbent, in ſuis plerunq́; cæcutiunt; adeò, ut ſi rursùs alii pari ſugillandi animo ad Tua accederent, eaq́; rigidè quoq́; examinarent, longè majores fortasſis errores detegerent, quàm Tu in aliorum deprehendiſti. Nam etiam illi, qui norunt, quid toto fiat in orbe, ac ſoli ſapiunt, aberrationi nonnunquam ſunt obnoxii.

Non protinùs aliorum labores, ob minimam aliquam differentiolam deſpiciendi.

Nonnunquam quis longè majora ſibi perſuadet, quàm præſtare unquam valet.

Sed, quò ad mea rursùs revertar, non abs re omninò fore arbitror, ſi brevibus hîc quoq́; exponam, quid me in primis ad auſteros hoſce & moleſtisſimos labores tot ac tot mille diſtantias ex Cœlo deducendas impulerit: nimirùm, quòd initiò ſtatim perſpexerim, etiam ſucceſſu temporis re ipsâ expertus fuerim, omnium in univerſum Veterum ac Prædeceſſorum Catalogum Fixarum (ſit venia verbo) jugiter adhuc à Cœlo deviare; atq́; ſic medelâ

Quænam Auctorem impulerint ad labores hoſce Sidereos exantlandos.

omninò opus habere. Accesſit, quod deprehenderim, plurimas adhuc Fixas in Globis esſe omisſas, ac pasſim ſpatia ſatis ampla dari ibidem, in quibus nova integra Sidera collocari, atq; conſtitui posſent: ſicuti etiam progresſu temporis à me peractum eſt, ut decem prorſùs novis Sideribus Globum noſtrum Cœleſtem adauxerim, atq; exornaverim; ut mox clariùs dicetur. Hincq; jam à plurimis annis mihi fuit propoſitum, auxiliante DEO, dicto Catalogo, pro meâ tenuitate, ſubvenire, & à mendis, quoad à me fieri posſet, liberare. Atq; ita pedetentim, ut ſupra jam commemoravimus, animum ad ea applicui; quò primùm Altitudines Meridianas omnium Fixarum, deinde quoq; diverſisſimas diſtantias, in quocunq; Sidere, inter ſe ipſas, & quidem extra refractiones, ubi fieri potuit, obtinerem. Et quia nulla loca Fixarum, absq; diſtantiis, vix rectè determinari queunt, ſi Aſcenſio Recta non ſit explorata, vel ad minimùm Azimutha (quod tamen admodùm eſt lubricum) idcircò cujusvis Sideris Stellas non ſolùm à ſe invicem, ſed etiam à tot circumvicinis, à quot opus forent, etiam obtinere potueram, dimenſus ſum; non minùs etiam novis, & hactenus incognitis Stellis operam dando, ut minimùm ab iis Stellis eas dimetirer, quarum diſtantiæ ſufficerent, ad loca illarum indaganda. Ne non poſteà ex certis quibusdam ſolùm, ſed quarumvis Stellarum diſtantiis, quæ calculo, quà Longitudinem, quà Latitudinem magis convenirent, atq; triangula commodiora conſtituerent, permutatis lateribus earum genuina loca eruere mihi esſet integrum. Quoniam ſemper is mihi mos fuit, ut nunquam cuivis declinationi ſolummodò fiderem, ſed ſimul etiam ex puris diſtantiis, ubi fieri id commodè potuit, & quidem diverſisſimis, loca Stellarum adinvenirem. Exinde plurimas Stellas, majoris evidentiæ cauſsâ, ne me, aliosve deciperem, & quidem præcipuarum Stellarum loca, non unâ ſolâ ratione, verùm diverſisſimis, decies nonnunquam, imò vicies permutatis diſtantiis perquiſivi, ut ſic poſteà collatis inter ſe invicem omnibus, correctiora eligerem, & diſcernerem, tum in quibus fortè esſem hallucinatus, denuò examinarem, ac recorri-

Auctor novis Sideribus Globum exornavit.

Auctor propoſuit Catalogum Fixarum pro ſuo modulo reſtaurare.

Plurima requiruntur ad emendandum Fixarum Catalogum.

Variâ viâ tentandum ſi errores quosvis evitare ſatagas.

recorrigerem. Atq; hoc pacto, non adeò enormiter (nî fallor) potui deviare; ſed illicò aberrationes deprehendi: ſicuti in Prodromo noſtro Aſtronomiæ propediem edendo fuſiùs commonſtrabitur.

Auctor ſibi perſuadet hunc laborem non omninò fuiſſe de nihilo.

Quò autem cuilibet Rerum harum Cultori aliquantò liquidiùs exponatur, laborem hunc noſtrum Herculeum, & quidem nocturnum, & diurnum non fuiſſe omninò fruſtraneum, tum maximam neceſſitatem ſummoperè efflagitaſſe, ut dictus labor tandem, totius Aſtronomiæ bono, ab ullo aliquo ſuſciperetur: ſcias, Candide Aſtrophile, qualisnam inter Tychonicum & noſtrum Catalogum intercedat differentia: quò Cœli Interpretibus ſtimulo ſit, ea omnia eò penitiùs, & ampliùs mecum perquirendi, examinandi: nec non ea magis magisq;, in quibus metam fortè ſum aſſequutus, Tu, cum aliis confirmares, & in iis, in quibus more humano forſitan à vero aberraſſem, ex Tuâ opinione, corrigeres. Scire itaq; debes, ne unicum quidem Sidus, in toto Tychonis Catalogo (ſalvâ ejus authoritate) inveniri, in quo non maxima Stellarum pars, ad aliquot, imò plurima minuta integra, modò in Longitudine, modò in Latitudine à vero exorbitet. In Longitudine quidem, accuratè loquendo, nulla penitùs Stella ex Tychonicis, cum noſtris exquiſitè, niſi fortè per errorem, convenire poteſt. Nam in loco, & Aſcenſione Rectâ Lucidæ Arietis, ſive ejus principio, cum Tychone neutiquam convenio. Equidem non niſi 260 Fixæ in Catalogo Tychonico, inter illas 780, quas Tycho in Progymnaſmatibus tradidit, inveniuntur, quæ non ultra 2 minut. aut in Longitudine, aut Latitudine deviant; reliquæ omnes quotquot ſunt, ad 3, 5, 10, 20, 30, 40, 45, 50. imò 60 minuta integra à vero exorbitant, modò ut diximus, in Longitudine, modò in Latitudine, quin-etiam viginti reperiuntur, qui ultra dimidium gradum, atq; quindecim, quæ ultra integrum gradum à Cœlo diſcrepant; inter quas nonnullæ adhuc dantur, quæ in Longitudine 2, 3, 4, 5, & 8, Grad. atq; in Latitudine ad 1, 3, imò 13 integros gradus, modò in exceſſu, modò in defectu peccant: quemadmodùm

Quænam differentia intercedat inter Tychonis, & Auctoris Catalogum.

Cur Longitudines Fixarum Tychonicarum nunquam præcisè Auctoris Longitudinibus reſpondeant.

Maxima pars Tychonicarum Fixarum ad plurima integra minuta exorbitat.

Inveniuntur aliquæ Fixæ in Catalogo Tychonico, quæ ad aliquot gradus aberrant.

dùm pleniùs in Prodromo noſtro, circa correctionem Fixarum Catalogi ad oculum erit deducendum.

A Mundo condito non niſi duo prodiére, qui Catalogo Fixarum ſeriò operam dederunt.

Proinde vides, Benigne Lector, me prægnantes habuiſſe rationes hunc laborem aggrediendi, conſtanter proſequendi, atq; ad finem tandem cum DEO perducendi: eòq; magis, quòd poſt Hipparchum nemo penitùs (reliqui enim, qui carptim tantummodò quicquam delibarunt, non in cenſum veniunt) excepto unico Tychone prodierit, qui hocce gravisſimum negotium, tanto fervore, & ardore eſt aggreſſus, & tantùm etiam in correctione præſtitit; ſic ut in tot elapſis ſeculis, non niſi duo extiterint, qui ſeriam curam hujus rei adhibuerint, atq; Tychoni ſolummodò adſcribendum, quod Sidera novis quibusdam Stellis donata fuére. Attamen cum præmaturâ morte præventus, atq; labor nimius fuerit, licet plurimis Coobſervatoribus, qui ipſi erant ab auxiliis, ſtipatus fuerit, quamplurimas Stellas minores diverſæ magnitudinis, paſſim per totum Cœlum lucentes inobſervatas relinquere eſt coactus; quæ in tanto numero, in certis quibusdam Cœli locis conſpiciuntur, nudo, inquam, oculo (quippe cum Teleſcopiis nihil, hâc in parte nobis eſt negotii) ut prorsùs nova integra Sidera, ut à Laudatisſimis Antecesſoribus factum, condere permotus fuerim. Atq; ita Eorum decem conſtitui; quorum Siderum Stellis etiam ipſe ego, ex Privilegio Primorum Conditorum, nomina impoſui: ſicuti ex Obſervationibus Lib. II, & IV, atq; Charactere I. H. manifeſtum eſt, & quidem adhuc dilucidiùs, ex edendo noſtro Fixarum conſtabit Catalogo. Primùm, ſub Urſâ Majore, ubi antea tantùm binæ informes Stellæ in Catalogo notatæ fuer unt, duos Canes Venaticos, Aſterionem ſcilicet & Charam, 21 Stellis novis hactenùs neglectis, exornatos collocavi. Secundò, Camelopardalum, inter Urſam Minorem, Majorem, Aurigam, Perſeum & Caſſiopeam, 33 novis planè Stellis præditum fundavi. Tertiò, Lacertam, ſive Stellionem, ſupra Pegaſum, inter Cygnum, Perſeum, & Andromedam, 10 Stellis prorsùs novis pictam, appoſui. Quartò; Leonem Minorem ex priſtinis il-

Tycho ſine dubio plura præſtitiſſet, ſi diutiùs vixiſſet.

Tycho plurimas Fixas inobſervatas reliquit.

Auctor permotus eſt nova condere Sidera.

Auctor quot nova Sidera in Globum tranſtulerit.

Auctor novis Stellis etiam nova indidit nomina.

Quot Stellis Sidera illa recentia fuerint donata.

nis il-

nis illis 8 Stellis informibus, ſupra Caput & Tergum Leonis, aliàs etiam infra Urſam Majorem exiſtentibus condidi, adjectis illis 9 inſuper novis Stellis. Quintò; Lyncem ſeu Tigridem, ſupra Geminos, inter Urſam Majorem, Cancrum, Aurigam, & Camelopardalum, 19 novis Stellis exornatum conſtitui. Sextò; ex informibus illis 14, inter Canem Majorem, Geminos, Orionem & Hydram, Unicornu ſeu Monocerotem (quod quidem Sidus à Bartſchio quondam in Globis depictum eſt, ſed nunquam ritè, quantum ſciam obſervatum) 8 novis Stellis adauctum confirmavi. Septimò; ſub Triangulo majori, ſupra Arietem, minus aliquod Triangulum formavi, tribus novis Stellulis præditum. Octavò; ſub Cygno ſupra Aquilam, Delphinum, & Caput Pegaſi, Vulpeculam cum Anſere, 27 novis Stellis, duas vel tres jam cognitas ſi excipias, inſignitum adornavi. Sic ut in his decem novis Aſteriſmis 130 novæ planè Stellæ deprehendantur, quæ hactenus nunquam ritè fuerunt obſervatæ, multò minùs in Catalogum quendam relatæ. Reliquarum verò novarum Stellarum numerus longè adhuc major eſt, quibus cætera Sidera hactenus cognita à nobis ſunt adaucta, & locupletata. Inter quæ nonnullum invenitur Sidus, quod inſuper 15, 20, 30, imò 35 recentibus prorsùs Stellis auctum, atq; exornatum à nobis eſt; ita ut numerus omnium novarum, in Globos, Catalogumq; noſtrum translatarum jam ad 650, ut ſuprà tetigimus, excreſcat; ſuntq; omnes & ſingulæ, unà cum hactenus jam cognitis Stellis, ſecundùm Longitudinem, Latitudinem, Declinationem, & Aſcenſionem Rectam ſolicitè determinatæ.

Nova Sidera quâ parte Cœli inveniantur.

Quot novis Stellis decem illa nova Sidera ſint prædita.

Et reliqua Sidera hactenus cognita plurimis novis Fixis, & quot fuerint adaucta

Atq; hæc dicta nunc ſunto, de iis omnibus, quæ bonâ intentione, ex ſingulari amore, ac propenſione erga Divinam Noſtram Aſtronomiam magis magisq; promovendam, ac excolendam per 49 continuos annos, indefeſſo quidem ſtudio, ac cupidiſſimo animo, ſed non ſine aliquo labore, ne dicam, ſumptibus, ac ſanitatis, facultatisq; diſpendio, Divinâ annuente Gratiâ, hucusq; ſum molitus, ac quæ tandem eousq; etiam ad finem perduxi. Pro quâ immensâ

Auctor Deo Gratias agit, quod tantos labores hucusq; perdurare potuerit.

mensâ clementisſimè mihi conceſsâ Benignitate, DEO O. M. Rerum omnium Directori, ex intimis præcordiis & habeo & debeo gratias, quòd per tot ac tot annos vitam, proſperam valetudinem, ac otium Benignisſimè eſt largitus, quò inturbatus, ac infractus arduum hunc conatum (poſt Hipparchum non niſi à Tychone ſuſceptum ac peractùm) ex voto meo perficere potuerim: ac ita quidem ut ex iis inſuper, Divino auxilio adjutus, Motum Solis, & quæ inde dependent, pro tenuitate meâ, reſtituerim; atq; ſic poſtmodum Catalogum Fixarum examinaverim, correxerim & locupletaverim: ſpero quoq;, ſi porrò DEUS O. M. curriculum vitæ prorogaverit, mihi hæcce qualia qualia obſervata, ad Tabulas reliquorum Planetarum reſtituendas ſubſervire poſſe.

Inprimis quòd Catalogum Fixarum Motumq; Solis reſtituerit.

Quod ſupereſt, nihil ampliùs ex animo exoptarem, quàm quòd haſce Obſervationes Cœleſtes, & quæ ex iis jam à me fuerunt deducta, eo modo perfecisſem, ut omnibus & ſingulis Aſtronomiæ Cultoribus omnimodè perplacerent, ac etiam in commodum Poſteritatis, quo nomine præprimis ſuſcepta ſunt, feliciter cederent. Verùm enimverò me adeò fore felicem, nullâ ratione mihi perſuadeo. Quot homines enim, tot ſententiæ, atq; alia apud alios ſunt bona. Quis rem æq; gratam omnibus peraget unquam. Nonnullis tamen procul omni dubio, etiam haud paucis, qui æquâ mente rem omnem perpenderint, atq; Obſervationes noſtras nullo invido vicini oculo adſpexerint, fore hos noſtros labores haud usq; adeò ingratos ſpero; atq; ultrò faſſuros, me pro conditione meâ, tenuioribus ingenii viribus, ſat habuiſſe laboris, tum ab uno ſolo homine, aliàs tot negotiis, tam publicis quàm privatis obruto, minimùm aliquid hàcce in materiâ præſtitum eſſe: unde quoq; aliqualem fortè gratiam, me apud hos meruiſſe exiſtimo.

Auctor exoptat, ut hæc omnia in commodum cedant Aſtronomiæ.

Omnibus perplacere, eſt prorsùs impoſſibile.

Nonnullis tamen hicce labor procul dubio non displicebit.

At è contrario, indubitanter nonnulli etiam prodibunt, qui in alieno plùs, quàm in ſuo vident (ut ſæpiùs evenire ſolet) iſti inquam, modò hoc, modò iſtud carpent, ſugillabunt, ac ſi hâc vel illâ ratione rem tentare, omniaq; ad ipſa ſecunda redigere debuiſſem. Verùm, mi Lector, non

Sine dubietate etiam Momi prodibunt hæc vel illa redarguentes.

non est de quibus admireris. Nam ita nullo non tempore omnibus, etiam præcipuis, & longè Præstantioribus Viris obtigit. Quis enim ad placitum omnium quicquam peragere, tum quisnam rem aliquam ab omni parte omnibus numeris planè absolutissimam reddere valet, quæ non successu longioris ævi à quopiam vel corrigi, vel meliorari, & emendari quæat? Nihil sanè sub Cœlo datur, quod non pedetentim magis magisq; excoli possit: prout passim in Scriptis meis satis abundè sum contestatus. Hincq; nolo planè, mihi affingat quisquam, quasi res meas in eo pretio habeam, ac pro iis venditem, quæ in Mundo ab ullo aliquo elaborari haud possunt correctiùs, & exquisitiùs; profectò, qui hæc de me sustinet, maximè mihi est injurius. Tantum enim abest, sicuti jam in Præfatione Nostrâ Cometographiæ inculcavimus, ut hæc vanæ dulcedo fiduciæ animum meum unquam demulserit, ut potiùs omni tempore multoties contrarium omninò statuerim, posse videlicet cum DEO & Die præclariora (inventis siquidem facile aliquid est addere) proferri.

Quisnam omnibus perplacere, & quis nam rem omninò perfectissimam perficere poterit.

Auctor sibi non arrogat, sua non posse successu temporis meliorari; vel aliquantò præcisiùs corrigi.

Auctor quotidie nos posse plùs ultra venire statuit.

Atq; hoc ipsum me etiam eò impulit, ut ausus fuerim ea, quæ à Laudatissimis Prædecessoribus nostris, nec non ipso Magno Tychone laudabiliter in Astronomiâ jam peracta fuére, rursùs ad incudem revocare, ac allaborare, anne quædam possent elucubrari, atq; exasciari aliquantò, pro ratione suâ, exactiùs, ac pleniùs. Num autem negotium illud ex voto successerit, in quibus, & quousq; paullò ulteriùs progressum fuerit, an nihil prorsùs ampliùs in hâc vel illâ parte, quàm hactenus præstitum sit, liberum erit Astronomiæ penitiorum æquissimis Cultoribus suum exponere judicium. Interea ultrò largior, me utiq; etiam variâ viâ in quibusdam nonnunquam à vero forsitan discessisse; id quod autem in tot millenis peractis observationibus, in fundatione tot Siderum, non est quod admireris: modò enim in numerando, annotando, determinando, in collimando, & quidem negligentiâ Coobservatoris, intervenientibus quibusdam obstaculis, nubeculis, Lunâ splendente, præsertim in illis minutioribus Stellulis, in refra-

An hucusq; aliquantò ulteriùs progressum sit, penes alios esto judicium.

Variâ viâ labi possumus.

ctione, aut crepuſculo conſtitutis, modò etiam in deſcribendis Obſervationibus, excudendis, in ſupputationibus, aliam atq; aliam diſtantiam, vel declinationem, pro hujus vel illius Stellæ ex improviſo arripiendo, & ob alia quædam intercurrentia, præter omnem ſpem labimur; ſic ut nemo gentium, profectò, quamvis ſit omninò providus, & ſagacisſimi Ingenii, ab his omnibus penitùs omni tempore tutus eſſe poſſit.

Bènignius judicium de ſuis qualibus qualibus peractis Auctor ſibi promittit.

Maximâ igitur teneor ſpe, omnes Candidos Aſtroſophos, ac æquisſimos Cenſores, ſi aliquid humani in quibusdam reperiant, id facilè Auctori condonaturos, & minimè, propter unam atq; alteram nonnunquam obſervationem, in quibusdam leviuſculis vacillantem, univerſas obſervationes protinùs rejecturos; ſed alias ejus generis electuros, & ad expedienda negotia adhibituros. Non dubito, quin minimùm nonnullas etiam inveniant, quæ non adeò ruditer, & crasſiori Minervâ ſunt adminiſtratæ: quemadmodum Altitudines Meridianæ, Solſtitia & Æquinoctia, ſi debitè examinentur, ſuppoſitâ genuinâ obliquitate Eclipticæ, Tabulâ Declinationum, nec non correcto Solis motu, inprimis obſervationes diſtantiarum abundè oſtendent. Nullum quoq; apud me eſt dubium, etiam nonnullas inveniri, quæ ſaltem non tam ſint accuratæ, ac tantâ induſtriâ peractæ, quàm fortè illius obſervationes, ſi aliquæ jam dentur, qui longè majora ſibi imaginatur, ac Inſtrumentulo unius ſpithamæ multò exquiſitiora peragere ſe poſſe, ſibi fingit. Adhæc certò etiam confido, maximam partem mearum obſervationum in eo eſſe numero (ſi eas excipias, in quibus caſu quodam enormiter fortè aberratum eſt) ut is, qui ſibi tanta de ſuis pollicetur, ægrè admodùm omnes & ſingulas, ejus generis dico obſervationes, quadragies, quinquagies vel ſexagies accuratiores & perfectiores reddere unquam valeat, quotquot etiam ſpecilla adaptet. De reliquo nihilominùs iterum iterumq; aſſevero, omnia fieri poſſe cum tempore, ſine omni dubio, correctiora & abſolutiora; ſed non à quolibet, ut ut ſibi quisquam maxima quæq; imaginetur. Quilibet tamen, quâvis ratione, & quibusvis Inſtrumentis, tam

Fortaſſis inter Auctoris Obſervationes quædam non admodùm adeò jejuna invenientur.

Auctor dubitat, an aliquis unius ſpithamæ magnitudinis Inſtrumentulo longè perfectiora perficere valeat.

Cuilibet allaborandum, ut quâvis ratione præſtantiora peragere queat.

tam nudis, quàm teleſcopicis pinnacidiis, det operam ſedulam, quò valeat omnium Deceſſorum, nec non noſtras Obſervationes, & quidem tantò accuratiùs reddere, quantò ego fortaſſis (niſi me mea nimiùm placent) in plurimis, præſertim in Fixarum Catalogo limatiora, & correctiora conſtitui; ubi videlicet nonnullas Stellas, ut ſupra jam tetigi, ad 20, 30, 40, 50 minuta, imò ad integros gradus (quod accipi tamen quaſi arroganter dictum, nolim) correxi. Omnem igitur adhibe curam, amice Lector, an poſſis noſtra Fixarum loca, ad tot minuta integra, ne dicam, tot gradus, adeò leviori negotio recorrigere, & ab ejus generis mendis enormibus liberare.

Imò tantò accuratiora reddere, quantò auctor nonnulla emendatiora elaboraverit.

Exoptarem denuò, quam ob cauſſam etiam omnes Aſtronomiæ ſeriò litantes obnixè rogatos volo, ut quilibet ſuâ ratione, quâ ipſi magis commodum videtur, dummodò correctioribus, & amplioribus Organis, omnes & ſingulas meas Fixarum Stellarum Obſervationes, omnibus veſtigiis perquirat, examinet: prout ego in quibusvis Tychonicis me præſtiti, ut cognoſcat ipſe, Poſteritatiq; detegat, quousq; metam fortè ſatis præcisè attigerim, & in quibus, tanquam Mortalem me adhuc eſſe ex parte hallucinatum; nec non enixâ operâ allaboret, quò Catalogum non tantùm correctiorem, imò locupletiorem, & quidem tot centenis Stellis, quot ego Catalogum donavi, reddat; profectò, à totâ Poſteritate, permagnas merebitur gratias; præprimis ſi nudas incomptasq;, noſtro exemplo, tam Veterum, quàm Recentiorum ac noſtris obſervatis, ſua apponat, quò pariter unicuiq; liquidum fiat, in quibus concordent, & in quibus adhuc aliqua lateat diſcrepantia: atq; ſic rurſùs Nepotibus noſtris, ſi qui erunt, integrum ſit ſcrupuloſiùs etiam Tua perveſtigare, tum quoq; decernere, quis eorum omnium præſtantiora ediderit. Interea donec hæc omnimodè ad effectum deducantur, conſultum nobis eſſe arbitror, ut alter alterius operas, bono animo ſuſceptas, ac præſertim jam peractas minimè perſtringat, carpat, ſugillet; ſed minimùm in pretio aliquo eſſe ſinat, usq; dum, ut modò diximus rem omnem longè perfectiorem jam factis, non

Rogantur omnes, ut Auctoris obſervata examinent, corrigantq; ſuaq; cum illius conjungant, ut veritas eò magis eluceſcat.

Alter alterius operas, priusquam illas haud perfectiores reddidit, haud debet carpere, ac perſtringere.

verbis ac promisſis tantùm reddiderit. Quippe inter peragenda ac peracta, magna intercedit differentia; tum plurima intervenire posſunt, inter ea cumprimis, quæ longâ temporum ſerie priùs ſunt obtinenda.

Auctor ſibi perſuadet, Aſtronomiæ Cultoribus quales quales hoſce conatus fore haud ingratos.

Hæc itaq; ſunt, ut tandem finiamus, quæ circa Partem Poſteriorem Machinæ Noſtræ Cœleſtis habuimus admonenda. Quod reliquum eſt, Lector Benevole, de Tuâ æquitate, ac humanitate mihi certò polliceor, hoſce quales quales conatus noſtros, bonâ tamen intentione, in Conditoris ævi Gloriam, Uraniamq; noſtram plùs plusq; promovendam, labore ac ſumptu aliquo, non ſine virium corporis haud exiguâ attenuatione exantlatos, Te ſuo, uti par eſt, pretio æſtimaturum. Quod ſi more humano interdum exorbitaſſe, atq; ad ſummam perfectionem omnia nondum redegiſſe me ſenſeris, Ingenii noſtri tenuitati, ac multifariis, tam privatis, quàm publicis negotiis graviſſimis, quibus ferè diu noctuq; obruor, Te condonaturum confido. Si verò labores hoſce meos, in quibusdam forſitan Tibi haud usq; adeò diſplicuiſſe intellexero, calcaria mihi addes, ad Prodromum meum Aſtronomiæ, cum ipſo noſtro Stellarum Fixarum novo Catalogo, Uranographiâ, Noviſq; Globis Cœleſtibus, ac iis omnibus, quæ Divino adſpirante Numine, adhuc molior, eò promptiùs in lucem proferendum. Quod ut fieri feliciter contingat, DEUM Optimum Maximum mecum ex toto pectore veneraberis, quò porrò vitam ac incolumitatem Benigniſſimè largiatur, noſtriſq; Studiis, ad Nominis Sui Gloriam, Sideraliſq; Scientiæ incrementum Clementiſſimè benedicat. Vale.

Si fortè in quibuſdam peccatum, tenuiori Auctoris ingenio potiſſimùm adſcribendum eſt.

Si nonnulla forſitan arridebunt nonnemini, incitamento Auctori erunt, ad alia cum DEO & Die proferenda.

Divinum auxilium implorandum, ut DEUS adſit Auctoris conatibus.



Ordo Figurarum

Effigies Auctoris ante Præfationem ad Lectorem.

Figura	A	inter pag. 2 & 3
	B	inter pag. 6 & 7
	C	inter pag. 8 & 9
	D	inter pag. 8 & 9
	E	inter pag. 10 & 11
	F	inter pag. 12 & 13
	G	inter pag. 14 & 15
Figura	H	inter pag. 18 & 19
	I	inter pag. 20 & 21
	K	inter pag. 22 & 23
	L	inter pag. 30 & 31
	M	inter pag. 36 & 37
	N	inter pag. 40 & 41
	O	inter pag. 46 & 47
Figura	P, Q & R	pag. 48 & 49
	S	inter pag. 178 & 179
	T	inter pag. 182 & 183
	U	inter pag. 218 & 219
	X 1	inter pag. 290 & 291
	X 2	inter pag. 300 & 301
	Y	inter pag. 310 & 311
Figura	Z	inter pag. 314 & 315
Figura	A a	inter pag. 376 & 377
	B b	inter pag. 424 & 425
	C c	& Dd pag. 434 & 435
	E e	inter pag. 450 & 451
	F f	inter pag. 458 & 459
	G g	cum altera annexa pag. 474 & 475
	H h	inter pag. 504 & 505
Figura	I i	inter pag. 540 & 541
	K k	inter pag. 558 & 559
	L l	inter pag. 574 & 575
	M m	inter pag. 602 & 603
	N n	inter pag. 616 & 617
	O o	inter pag. 628 & 629
	P p	inter pag. 658 & 659
Figura	Q q	inter pag. 684 & 685
	R r	inter pag. 714 & 715
	S s	inter pag. 742 & 743
	T t	inter pag. 774 & 775
	U u	inter pag. 804 & 805
Figura	X x	inter pag. 820 & 821

BENJAMINIS ENGELKEN COS.
Ad
JOHANNEM HEVELIUM. COS.
Aſtronomum Incomparabilem.

Hactenus attonitos tenuit RES-PUBLICA *Cives*
Queîs Patriæ GEDANI *non ultima cura Salutis.*
Dum dubiis vexata RATIS *ruitura, procellis*
Spemq́; metumq́; inter timuit Naufragia ſæpè.
Tantorum nec finis adeſt hucusq́; malorum!
Inq́; dies volupe eſt lites formare moleſtas
Omnibus & ſtudiis Urbis prohibere quietem
Atq́; fovere ſinu ut ſit INEXTRICABILIS *error!*
HEVELI *Interpres Cœli, ſuper æthera clare,*
Errantes, fixæq́; nihil moderabile ſuadent?
Sit: Tamen interdum FATO PRUDENTIA *major.*
Scilicet afflictis ubi SOL *ſimul aureus adſtat.*
Atq́; ſatellitibus ſtipatus JVPITER *almis,*
Cumq́; VENUS SOLI *conjuncta & lumine creſcens*
Ille bonis junctus, bonus eſt, CYLLENIUS *ales.*
SATURNUS *quidquam præciſis efficit anſis.*
MARS *q́; nihil,* LUNÆ *facies maculoſa recedit.*
Tu tamen interea Solers Spectator Olympi
Non pateris varios animum turbare tumultus,
More SYRACUSII. *præſens fabricata docebit*
Dotibus Ingenii COELESTIS MACHINA *raris;*
Cum quibus & palmam retinet tua DÆDALA DEXTRA!
VRANIE *ut vidit, ſummos mirata labores*
Totq́; dies, totidem vigilatas ordine noctes
Sic ait. Hunc noſtrum fas eſt extollere Phœbum;
Illius & reliquis, nomen, ſociare coruſcis
Ignibus aſtrorum, ut maneat memorabile ſemper,
Usq́; ſuum videat COELESTIS MACHINA *finem.*
Dixit: & audita in terris reſonabilis ECHO!

Ad

ILLUSTREM VIRUM,

JOHANNEM HEVELIUM,

Conſulem Gedanenſem.

ERgo Cœleſtis ſibi Machina conſtat, Heveli,
Altera quam nobis dat Tua prompta manus.
O manus! O genius! labor! indefeſſaque cura!
Non Tibi, quos aliis, currere, credo, Dies.
Sparta gravis, prolixa Domus, pulcherrima Dido:
Hei mihi, quot rerum nomina, quotque moræ.
Tu tamen invictæ facis omnia robore mentis:
Uraniæ, & Patriæ, Civis, Honosque Tuæ.
Scilicet à teneris Cœleſtia ſola ſecutus,
Cœleſti poteras ſcribere Tanta manu.

De

Ejusdem Effigie.

QUaliter Illuſtris tradatur Hevelius Orbi;
Ille Mathematicæ gloria tanta Rei;
Ille Tribus laudatus amor, cultusque Monarchis;
Illeque Dantiſco, poſt ſua fata, Decus;
Dum pictor ſculptorque ſtudent, Fama adſtat, & infert:
Exprimet Hevelium nemo, niſi Hevelius.
Quodque videtis, ait, Clarii mera Conſulis umbra eſt:
Nec niſi, quâ ſcribit, vixerit ipſe manu.

JOAN. ERNEST. SCHMIEDEN,
Cos. ac Scholarcha Gedan.

AD VIRUM

MAGNIFICUM ET INCOMPARABILEM,

DOMINUM

JOHANNEM HEVELIUM,

&c. &c.

Patronum devotè colendum:

A *Strigerum torquens Atlas Cervicibus Axem,*
Succedentem operi debilitatus avet.
Hanc quondam ALCIDÆ *portabat Dextera molem,*
MERCURII *quando deficiebat Avus.*
Quis nunc, tantarum cernens discrimina rerum,
Herculeas audet rursus obire vices?
HEVELIUS *supereſt in toto en! Unicus Orbe,*
A quo depoſitum ſuſcipiatur Onus.
ILLE *vacillanti Tergum ſupponit Olympo:*
ILLE *deauratum fertq; regitq; Polum.*
Suſtinet egregios, tot jam per Luſtra, Labores,
Nec ſtatione tamen, Pondere fractus, abit.
Quid multis? Pleno manet HUIC *Provincia jure:*
Cede loco, ô ATLAS, *munere cede tuo!*
Quæ Tibi COELIFERI *dedit olim* MACHINA *Nomen,*
HEVELIO *Nomen* MACHINA *porro dabit!*

In debitæ Obſervantiæ Teſtimonium

ſ.

D. ÆGIDIUS STRAUCH.

In Machinam Cœleſtem

VIRI

MAGNIFICI PRÆNOBILIS, AMPLISSIMI ET CONSULTISSIMI

JOHANNIS HEVELII

Conſulis Gedanenſis.

HAnc ſibi pro Pindo ſedem delegit Apollo,
Cœlum ubi Dædaleâ Machina tangit ope.
Uranie moto ſtans Orbe deambulat; abdit
Jupiter in parvum, ſidera miſſa, Tubum.
Hîc ubi nec Phaëton majoribus excidat auſis;
Atq́, oculo gemino vix opus Argus habet.
Omnia nam quadrant. Miramur, Tycho, priora:
Multa tamen confert æmula Poſteritas.
Si ſuperant ſplendore Solum monumenta? paravit
Hevelii illa Tibi Machina: plura Sibi.
Cui vel deliquio Phœbus micat; eripit umbris
Luna Silens; facies fert maculata, Facem.

Scribebat

M. GOTLIEB BALDUINUS,
Eccleſiaſtes Ratisbon.

In Cœleſtem Machinam

NOBILISSIMI ASTRONOMI

D. JOANNIS HEVELII

Conſulis Palæopol. Gedan.

Cœleſtem HEVELII fabricam luſtrârat Apollo,
Miratusq; diu tantæ opus artis, ait:
Æthereos non una manus depinxerat Orbes;
Tam benè Divinam nulla ſecuta manum eſt.

Sub tempus trium Aſtronomorum Regum,
Aſtronomorum hodie Principi
Anno nati REGIS REGUM
M. IↃC LXXIX
ætatis ſuæ ſexageſimo octavo
ſcribebat

JOACHIMUS ab HIRTENBERG
PASTORIUS,
Prot. Apoſt. Canon. Chelm. Dec.
Paroch. & Officialis Gedan. ac Pomeraniæ
Generalis, Præpoſ. ad S. Albertum, S. R. M.
Secretar. & Commiſſarius.

IMMORTALIS NOMINIS
VIRO,

JOHANNI HEVELIO,

GEDANI CONSULI,
SENATUS MATHEMATICI
PRINCIPI,
URANIES CONSULTORUM
PHOENICI.

PRisca ſuum memorent Atlantem Secula, vaſtis
Connitens humeris totum qui fulſit Olympum
Arduus, & flammis pictum ſtellantibus axem.
Aurigenam referant audaci Perſea plectro,
Per ſuperas plantis vectum pernicibus auras;
Gorgoneus ſonipes quem ſuccollantibus aſtris
Intulit. Incautas deludat Fabula mentes,
Et veterum nugæ, commentaq; dulcia Vatum.
Vera juvat Noſtri Miracula pandere Secli,
Atque Viros, omni pia quos venerabitur ævo
Poſteritas, memorique inſcribet candida cedro.
Magnis quos Meritis tantùm ſupereminet ingens
HEVELIUS, Patriæ jubar immortale Gedani
Atque decus, quantùm, cœlo cùm Luna ſereno
Plena micat, cunctos ſuperat fulgentior Ignes:
LUNA, ſui doctis dudum obſtrictiſſima curis
Vindicis; æthereos alti qui raptus in Orbes
Remigio Ingenii, quæ nocte ſepulta latebant
Æternâ, primus felicibus eruit auſis.
Hoc monſtrante, novas Cœli cognoſcere formas,
Et miras Rerum facies, ignotaque Monſtra
Incipimus. Luſtrare Sinûs, luſtrare Paludes,
Et Maria, & Montes, Vallesque, & Flumina, nulli
Viſa, juvat, Terrasque & Promontoria; quæque
Plurima diverſo Triviæ miramur in Ore.
Italiam umbroſis mediam ſecat Apenninus
Collibus: Ægyptus patet hîc; patet inclyta Gnoſus,
Lemnusque, & Rhodus, & Cyprus, & nemoroſa Zacynthus.
Quanquam ibi Lunigenas, qui findant arva, Colonos
Nemo videt; nullis habitantur piſcibus undæ;
Nec lepores ſilvis, nec ſunt in montibus orni;
Nec ſcopulos metuit, nec ſævas Nauta Syrtes.

Cætera quis verbis auſit comprêndere, vaſti
Innumera, haud olim Myſteria cognita, Cœli?
Quis Te, ſupremo fulges qui proximus axi,
Saturne, & varium pinxit, quo cingeris, Orbem?
Quis Jovis, & Comitum, radians Jovis agmine fido
Stipantûm latus, inſignes deſcribere vultûs
Inſtitit? aut rutilos Martis decreſcere ſenſit,
Surgere mox aliis quos cernimus auctibus, ignes?
Poſt gyros, Terram pariter Phœbenque ferentes,
Quis miram Veneris faciem, falcataque frontis
Lumina formavit radio? quis fulgida gibbi
Cornua CyllenI; & noſtris majora Camenis
Plurima? Quis Solis, mediâ qui præſidet arce,
Sidereus Rector, fons Lucis, & arbiter Æthræ,
Flammarum Oceanus, fomes fundusque Caloris,
Solerti maculas acie detexit, & umbras?
Sidera quid referam Priſcis inviſa? Sacroque,
VLADISLAE, Tuo Stellas cognomine? Parvi
Mirificas impar Vitri quî prædicet Artes
Calliope? ſcitosque Tubos, Fabricasque, Figurasque
Æris, & immenſi tot pulchra Reperta laboris?
Una manus (mirum!) queis ſufficit omnibus, ipſum
Centimanum laſſare Gygen cùm ſingula poſſent.
Hæc Magnus cupidis Cœli Inſpectoribus olim
(Tertia bis dudum quinquennis Olympias acta eſt)
HEVELIUS noſcenda dedit, claroq; Theatro
Credidit: illuſtris Spectamina quanta Juventæ!
Ignea vis Mentis, ſubſiſtere neſcia, quid non,
Provecta ulteriùs, ſtupefacto prodidit ævo,
Æthereas populis reſerans mirantibus Artes!
Quas ut perficere, & manſuris tradere Chartis,
Luciq; optatæ poſſet, nec Sumptibus ullis,
Nec Studio, & Curis inſomnibus Ille pepercit,
Nec Sibi. Teſtantur ſummi faſtigia Tecti,
Et Templa, & Speculæ impoſitæ, Turresque, Minæque,
Et Decor, à Magnis calcatæ REGIBUS, Arcis.
Quam dum, conſpicuo pandentem Sidera Cœlo,
Hoſpes avens ſtupet attonitus: plura illico captam
Obtutu rapiunt vario Spectacula mentem.
Splendida præcipuè, ac multo diverſa paratu
Organa: quæ, tanti quantumvis ponderis, aptè
Fulmentis ſuſpenſa ſuis, tamen ilicet uno
Tangentis digito moveat manus, & regat; Artis
Ingenio ſolidi robur ſuperante Metalli.
Cryſtallo hinc ſectâ ſcrutantes æthera Cannæ
Multiplices animum invitant, oculisque remotas
Subjiciunt Stellas, præſentiaque omnia ſiſtunt

Sidera.

CURRUS URANIÆ TRIUMPHALIS,
FRONTISPICIO,
COELESTIS MACHINÆ,
à
MATHEMATICORUM HUJUS ÆVI
PRINCIPE,
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, ET CONSULTISSIMO,
DOMINO,
JOHANNE HEVELIO,
CONSULE GEDANENSI,
ORBI UNIVERSO IN MIRACULUM
EXHIBITUS,
ET
POSTERITATI CONSECRATUS.

INdubitata viget, noſtro quæ naſcitur ævo,
Gloria, ſollicito multorum parta labore,
Et ſtudio ſervata gravi. Stat adorea priſcis
Temporibus, ſtat ſalvus honos, meritiq; nitorem,
Ac primas operis curas agnoſcimus omnes:
Noſtra ſed admotis Veterum ſubnixa lacertis,
In majus crevere decus, dumq; acribus auſis,
Tantarum detecta patent myſteria rerum,
Famoſisq; hodiè prærepta eſt laurea cedris,
Cum Patribus ſummâ certant de laude Nepotes.
Nec ſine jure quidem. Quæ fortunatior unquam,
Quæ Clariis Phœbi ſacris efflorvit ætas
Clarior, aut lepidis unquam magis apta Camænis?
Efferus hoſtili graſſetur fulmine Mavors,
Exitium miſeris, & Mors inviſa colonis,
Quà volet: Aonides & habent ſua caſtra Sorores,
Fatorum defenſa manu, medioq; ſub æſtu
Bellonæ, requieta virent Penetralia Pindi
Pulchrius, & largos ſpargunt de vertice flores.

URANIE,

URANIE *Te teſte loquor: Te Præſide felix*
Inter Pruſſiacas GEDANUM *memorabilis Urbes,*
Gaudet, & externis dudum jactatur in oris.
Quicquid adumbravit numeris Ægyptia Tellus,
Aut quod Alexandrina tenent Rectore Lycea,
Cœleſtes monſtrante faces; quod Græcia novit
Nobilium Genetrix ſedesq; benigna Sophorum;
Quas Arabes, inter ſteriles fœcunda receſſûs
Pectora, triverunt ſtudiis ferventibus Artes;
Quod Latium docuit, magno ſudante Magiſtro
Pythagorâ, vel læta ſuis Europa repertis,
Perſcrutatur, id omne oculis inquirere noſtris,
Ingeniisq; datur: plano jam ſidera viſu
Conſpicimus, certis ſeu ſcintillantia flammis,
Seu grege confuſo, dubiaq; vagantia luce,
Cunctaq; convexo quæ fulgent lumina Cœlo,
Dimenſi radio, in certos diſpeſcimus Orbes,
Atq; ſuo minimas numeramus nomine ſtellas:
Poſtquam ſolerti COELESTIS MACHINA *Dextrâ*
HEVELII *reſerata patet, veloq; remoto,*
Omnia panduntur cupido miracula mundo.
Quantum Opus Ingenii, quantisq; volumina curis
Condita! cui vel prima vacat cognoſcere Libri
Limina, & excelſo provecta MATHEMATA *Curru,*
Illuſtresq; PATRES, *quêis tanta Scientia debet*
Progreſſûs Ortûsq; ſuos; mirabitur Artem,
Divinamq; Operam. Ducit Regina Triumfum
URANIE, *rutili per vaſta Palatia Cœli,*
Immenſis meritum magnisq; laboribus emptum.
Si lubeat totum penitùs ſpectare paratum,
Quo micat Aſtripotens partos Ars inter honores:
Non niſi mirandi paſſim monumenta Decoris,
Miſtaq; continuis cernes faſtidia curis,
Quêis DEUS *Ætherei Præſes, ſummusq; Theatri*
Conditor, adſpirat, ſuperâq; è ſede benignos
Succeſſûs calidisq; addit ſua pondera votis.
Ipſemet URANIÆ CURRUS, *qui ſplendida luſtrat*
Aſtra, laboratus Divinâ Palladis arte,
Inſignem à longo retulit molimine cultum.
Cui mox innumeræ, Parnaſſia Turba, Sorores,
Submiſêre ſuas, quævis ad munia, dextras;
Harum, dum cupidas menteſq; manusq; Minerva
Approbat, & ſtudium non aſpernatur amicum:
Præ reliquis tamen una ſubit divinior illa,

OPTICA,

OPTICA, *tranſmittens alieno lumina Mundo.*
Hinc decus & juſtos tribuens PICTURA *colores,*
Proxima præclaræ rapuit ſibi præmia famæ,
Et tali ſocias adjunxit in agmine palmas.
Hoc ſedet URANIE *Carpento, Docta* VIRAGO,
Et caput ad ſummos Divinum porrigit Orbes,
Omniaq; æternâ comprêndit ſidera Mente;
Pulchram conſpicuâ præluſtris lampade frontem,
Et PHÆBUM *complexa manu,* PHÆBIq; SOROREM,
Fert humeris Chlamydem, plenam fulgentibus Aſtris,
Promittens Populis ſuperi Myſteria Cœli.
Quod ſi fortè juvat varios ſpectare Jugales,
Ardua queîs raptum tranſcendit nubila Plauſtrum:
Hos quoq; præcipuo videas examine lectos,
Sicut & eximios uſus poſcebat, & aptos,
Ne gravia exiles laſſarent pondera nervos.
Nec ſatis à lepidis repetita exempla Poëtis
Sufficiunt, vel Diva Tuæ Cythereia Bigæ,
Nec Phaëthonteas prodeſt junxiſſe Quadrigas.
Iſthæc majori nubes gravat Eſſeda mole.
Ergo LYNX *primò, peracuto lumine pollens,*
Juncta loco, validi præfert inſignia VISUS:
Huic ſocius PYROIS, *generoſo percitus Igne,*
Additus, & nullos metuens perferre LABORES.
Tertia magnanimus mordet LEO *frena, jugumq;*
Copulat hoc firmo, VICTRIX CONSTANTIA, *nexu.*
Ut magnâ Hæ fortes vi findunt æthera TRIGÆ:
Sic ea vis RECTORIS *eget. Quis frena Caballis,*
(Ut rapidas taceam Lynces, alacresq; Leones)
Ad fragilem junctis permittat libera rhedam?
Noluit URANIE, *tantis ſubjecta periclis,*
Per ſublime Poli nullo flectente vagari,
Atq; ſagax adeò fauſti PRUDENTIA *curſûs*
Aſſidet, ac ternas dextrâ moderatur habenas.
Proſpicit hæc, dubiâ ne quâ regione viarum
Avertatur iter, vanisq; ambagibus erret,
Injiciatve moram ſplendor, vel triſtis imago,
Et ſimul huc geminas inprimis applicat ARTES,
Illam, quæ RADIO *deſcripſit gentibus Orbem,*
Atq; aliam NUMERIS *quæ res diſtinguit & æquat.*
Quæ ſi quando fugâ celeres, vel fortè protervæ
Lora Feræ quatiunt, duris undantia tergis,
Aſſiſtunt utrinq; jugo, propiusq; capiſtrum
Conſtringunt, ſocios ſolitæ conjungere greſſûs.

Sic læto URANIE, *per Cœli culmina* CURRU
Ingreditur: Populisq; aperit Miracula Summi
Numinis, ac primùm tenues exorsa per ausûs,
Perq; gradus Ævi, toties emensa Triones
Egelidos, calidasq; Plagas, & maxima rerum
Hactenus, & multis momenta abscondita Seclis
Detegit, atq; sui statuit monumenta Laboris.
Hanc sibi materiam Laudis nec Barbara Memphis
Arroget, aut celsis ausit conferre Columnis:
Nec sua Niliacæ celebrent Fastigia Thebæ.
Hic Diva URANIE *sublimem eduxit in auras*
PYRAMIDEM, *cunctos apices quæ Culmine vincat.*
Hæc terrâ insistens caput inter sidera condit,
Intentâq; OCULORUM ACIE, *tum* MENTE SAGACI,
AUSUq; INVICTO, *nec* DEFICIENTE LABORE,
Exstruitur cunctis Opus admirabile terris.
Huc quanquam Veteres multùm impendère MAGISTRI,
HIPPARCHIq; *adeò firmo stet Gloria talo,*
Et PELUSIACI *magnâ præconia luce*
ASTROLOGI *niteant: Prussâ tamen editus Urbe,*
Emicuit nuper, cunctisq; COPERNICUS *oris*
Inclytus; atq; novum roseis decus addidit Astris,
Ille TYCHO, *siccus quà volvit plaustra Bootes,*
Cognitus, adversoq; patet quà terra sub axe.
Nunc iter hoc tritum tantis Heroibus olim,
Occupat HEVELIUS, *Patriæ prælustre Gedani*
Ille Decus, Cœliq; sui. Sic Gloria crescit
URANIÆ: *Sic Vasti humeris suffultus Atlantis,*
HEVELII *in leges ultrò concedit Olympus.*
In Quo, dum prisci renovatur Gloria Secli,
Auctaq; in immensum Divina SCIENTIA, *Tanti*
Sistitur Ingenii mirandâ dote, nec ultrà
Quorsum progrediatur habet: stupet Orbis, & adstat
Attonitus, laudesq; VIRI, *meritumq; recenset,*
Et præceps Famæ longinquas buccina gentes
Excitat, ac sacras, celeberrima munera, Chartas
Suscipit, æternoq; HELICON *servabit Honore,*
Seraq; POSTERITAS *memori venerabitur ævo.*

Scrib.

JOHANNES ERICUS OLOFF,
Secretarius.

Sidera. Quid chalybis formas, ſtanniq; loquacis,
Vocalesque, notas dicam, & genus omne Typorum,
Cellasque, & forulos, vectesque, & prela? Quid æris
Quæſiti tabulas? Artisque, Operumque Miniſtros?
Quæ poſtquam docti pulchra Inſtrumenta Laboris,
Nullâ Oneris tanti motus formidine, nullis
Territus Impenſis, generosâ mente paravit:
Quicquid cura Domûs, quicquid Reſpublica parci
Temporis indulſit, luſtrando impendere Cœlo
Geſtiit. Hoc unum pernox, hoc perdius egit
Omni alacer ſtudio; multò ſed alacrior, ex quo
Felicis Conſors thalami ſuaviſſima gratæ
In partes operæ venit, dilectaque juvit
Orſa Manus; lætis inferri dignior aſtris,
Quàm Bereniceo quæ vertice floruit olim
Cæſaries. Faciem ſic porrò expendere Cœli,
Aſtrorumque vices varias, certosque meatûs,
Totque vias: tum quo pallens ſe Cynthia libret
Limite; quot facibus ſtellatus fulgeat æther;
Quo formidatus labatur calle Cometes;
Et quæ plura tenent cupidas uberrima mentes,
Noſcere dulce fuit, doctisque expromere Chartis.
Vivent perpetuis Monumenta illuſtria ſeclis,
Vivent; & nullas ſenſura Volumina noctes,
Spirans Auctoris tollent ſuper æthera Nomen.
Maxima vidiſti dudum: nunc accipe majus,
LECTOR, Opus. Specula, & Diſcos, Fabricasq;, tot illas,
Tantique ingenii, & cenſûs, curæque, polito
Inciſas æri, fidoque Interpretis ore
Expoſitas, jam compos habes. Nunc totius ipſa
Protinus aſtriferi reſerata Palatia Mundi
Conſpicis, auratumque ſinum radiantis Olympi,
Et Stellas numero innumeras. Hîc agmina latè
Cernis Inerrantûm; nunc integriora, ſuisque
Fixa locis, gnavâque manu dimenſa. Sereno
Inprimis illuſtre micant SOBIESCIA nutu
Sidera. Succedunt incognita cetera: nulli
Antè ævis unquam compoſita prioribus; aucto
Mox ſignanda GLOBO, pleni nova Lumina Cœli.
Hîc Turba Errorum vaga ſe ſpectantibus offert,
Et quâ lege polo ruat obluctata, pateſcit:
Candida cur nigrâ ſoleant ferrugine condi
Lumina; Solſtitium, & Brumam quæ norma reducat;
Quæ Tenebris, Lucique pares determinet horas:
Quæque tot annorum vigiles potuere Labores
Eniti; hîc uno conjuncta Volumine volves,
Divina HEVELIÆ veneratus munera dextræ.

At Tibi quæ dignas ſolvet Facundia grates,
O Secli decus, ò Patriæ laus inclyta Terræ,
O plenum Cœlo pectus, Cœlique voluptas,
Deliciumque Tui! Fert Te pia Fama, feretque
Plauſibus æternis, culti quà panditur Orbis
Machina; quà Phœbus metâ decurrit Eoâ
Littus ad Heſperium. Dudum Tibi, nempe merenti,
Aſtronomi aſurgunt Proceres. Te ſuſpicit unum
HIPPARCHUS, veteri Dux Artis creditus ævo
Sidereæ. Applaudit tantus PTOLOMÆUS amator
Claudius Uranies, oculis ut in Æthere fixis,
Oblitus Terræ, Se cum Jove Nectare veſci,
Succisque Ambroſiæ, jactaverit. Inde (Thorunæ
Gloria quanta ſuæ!) amplecti COPERNICUS ardet
Exſiliens; notusque polo ſub utroque BRAHEUS;
Atq; ſuos properant ultrò Tibi tradere faſces.
Lætantur ſancti Cineres, & nobilis urna
CRUGERI: ſtudiis olim qui clarus iisdem,
Algere hæc quamvis faſſus Fumaria, pulchris
Flagrantem ſtimulis urſit; nunc lætus Alumni
Munere, fulgenti Tecum ſuper æthera curru
Evehitur, gratâ felix Pietate. Vel Unum
Tanti eſt ingenuo dextris formaſſe Magiſtro
Auſpiciis! Ergo tam raras Orbis ubique
Suſpicit, & pulchro tollit certamine Dotes,
Ingeniique Decus. Summorum Gratia REGUM
Adſpirat, Titulisq; volens, & Honoribus ornat,
Inventisq; favet Cœleſtibus. Ardua Virtus
Præmia ſic acri tribuit jucunda Labori!
Macte auſis, animisq; Tuis! Datur, ecce, peracti,
Fortunante DEO, gaudere, Vir Inclyte, gratâ
Sorte Operis! Non huic Livor, non Caurus, & imber,
Aut caries poterit, non ipſa nocere Vetuſtas.
Barbara Pyramidum moles huic cedet, & illa
Dicta per cunctas olim Miracula Gentes.
HEVELII, Gedanum quo Cive, & Conſule, Solem
Spectat inocciduum; dum roſcida paſcet Olympus
Sidera, dum Lechiam cum Pruſſide Viſtula lambet,
Stabit Honos. Omnes hæc vincet Adorea Palmas!
Hanc Laurum nulli poterunt æquare Triumphi!

Scribeb. Gedani,

A. C. CIↃ IↃC LXXIX, Menſe primo,

JOH. PETR. TITIUS.

JOHANNIS HEVELII
MACHINÆ COELESTIS
LIBER SECUNDUS,
Rerum Uranicarum OBSERVATIONES,
GEDANI,

Plurimorum annorum ſummis vigiliis, indefeſſoq; labore ex ipſo æthere hauſtas, exhibens.

ANno Æræ Chriſtianæ 1630, die 10 Junii, horâ 7 ferè veſp. ad Batavos navi tendenti, in mare Balthico, haud procul Dantiſco, Eclipſin Solarem mihi obſervare primùm obtigit; cujus tamen phaſes, atq; ipſa momenta temporum, ob defectum Inſtrumentorum, aërisq; inconſtantiam minimè accuratè licuit deprehendere. *Eclipſis Solis Anno 1630.*

Die verò 19 ejusdem Menſis Junii in Freto Danico, propè Inſulam Huennam, atque Uraniburgum, domicilium videlicet Nobiliſſimi ac Laudatiſſimi Tychonis Brahæi exiſtens, Saturnum à Lunâ plus quàm bifidâ, omninò tectum obſervavi. Initium occultationis ingruebat horâ ferè undecimâ veſpertinâ; at finis, ob nubeculas, animadverti haud potuit. Quantum colligere dabatur, Saturnus Lunam ſubiebat à parte obſcurâ, ſub medietate Lunæ, Auſtrum versùs. *Occultatio Saturni.*

Eo ipſo quoq; anno 1630, die 10 Novembris Lugduni Batavorum veſperi, ante dimidiam decimam, Eclipſin Lunæ, annuente aëris ſerenitate, pro voto, ab initio ad finem usq; obſervavimus. Quantum nudo oculo dijudicare dabatur, extitit ferè totalis; ut ut Tabulæ pleræq; Eclipſin hanc minorem exhibuerint. Ipſa autem temporum momenta, tam initii, quàm finis determinare haud potuimus: cùm neq; perfecta horologia, neq; alia organa ad manus fuerint. *Eclipſis Lunaris.*

Annis aliquot ſubſequentibus, partim cùm in itinere apud Exteros verſarer, aliisq; ſtudiis operam darem, partim etiam deinde rebus œconomicis, curis

moleſtiſsimis, gravisſimisq; occupationibus impedirer, parùm admodùm à me in rebus cœleſtibus, ut ut vel maximè voluerim, peractum & obſervatum eſt; imò ſi quæ obſervationes adhuc à nobis habitæ fuerunt, ex incuriâ (quippe qui eas initiò parvi faciebam, nunquam mihi imaginatus, illis aliquando opus fore) deperditæ ſunt.

Anno verò 1639, depoſitis ex parte curis illis domeſticis, atq; paullò plùs otii nactus, inprimis inſtinctu, atq; hortatu Clariſsimi ac Eruditiſsimi Viri Petri Crügeri, Præceptoris olim mei omni laude dignisſimi, nimiùm quantum excitatus ſum, ad Studia Cœleſtia aliquantò perquiſitiùs, & intentiori animo, bono cum DEO, excolenda; ſic ut eo ipſo anno 1639, die 1 Junii St. n. Eclipſin Solis benè notabilem in horto quodam propè Dantiscum, atq; in Camerâ obſcuratâ, ſummâ diligentiâ, quoad fieri tum potuit, animadverterim, ſed beneficio nudi tantummodò foraminis, ut moris tum plerisq; erat; Phaſes tamen plurimæ ſummâ affulgente ſerenitate in Tabellâ albâ, foramini oppoſitâ, notato diligentiſsimè ſimul tempore, ex Sciaterico, bina, imò ſingula minuta commonſtrante, deſcriptæ fuerunt: prout ex annexâ patet obſervatione, & delineatione.

Eclipſis Solis Anno 1639.

Eclipſis Solis

Anno 1639, 1 *Junii ſt. n. obſervata.*

GEDANI.

Creſcentis Obſcurationis.								Decreſcentis Obſcurationis.							
Ordo.	*Phaſes.*		*Ex Sciaterico accuratiſ.*						*Phaſes.*		*Ex Sciaterico accuratiſ.*				
		Min.		*Min.*	*Sec.*	*Tert.*				*Min.*		*Min.*	*Sec.*	*Tert.*
Initium			*Hora* 5	20	42	20		*Fig.* 28	*Digit.* 10	26	*Hora* 6	22	13	0
Fig. 4	*Digit.* 1	55	*Hora* 5	31	5	40		*Fig.* 30	*Digit.* 9	50	*Hora* 6	23	59	30
Fig. 6	*Digit.* 2	31	*Hora* 5	36	8	10		*Fig.* 32	*Digit.* 9	36	*Hora* 6	25	43	40
Fig. 9	*Digit.* 2	46	*Hora* 5	41	35	10		*Fig.* 33	*Digit.* 9	22	*Hora* 6	26	49	0
Fig. 11	*Digit.* 3	36	*Hora* 5	45	9	30		*Fig.* 35	*Digit.* 9	14	*Hora* 6	28	25	50
Fig. 12	*Digit.* 4	19	*Hora* 5	48	39	0		*Fig.* 36	*Digit.* 9	7	*Hora* 6	29	52	20
Fig. 13	*Digit.* 4	41	*Hora* 5	51	10	0		*Fig.* 37	*Digit.* 9	0	*Hora* 6	31	30	40
Fig. 14	*Digit.* 4	55	*Hora* 5	53	40	0		*Fig.* 38	*Digit.* 8	42	*Hora* 6	33	2	10
Fig. 15	*Digit.* 5	13	*Hora* 5	56	10	40		*Fig.* 40	*Digit.* 7	52	*Hora* 6	35	34	0
Fig. 16	*Digit.* 6	0	*Hora* 5	58	7	30		*Fig.* 41	*Digit.* 7	41	*Hora* 6	37	11	20
Fig. 17	*Digit.* 6	36	*Hora* 6	0	34	50		*Fig.* 42	*Digit.* 7	19	*Hora* 6	39	2	30
Fig. 18	*Digit.* 6	50	*Hora* 6	2	34	40		*Fig.* 43	*Digit.* 6	58	*Hora* 6	41	11	0
Fig. 19	*Digit.* 6	58	*Hora* 6	4	41	0		*Fig.* 44	*Digit.* 6	36	*Hora* 6	43	5	10
Fig. 20	*Digit.* 7	12	*Hora* 6	7	4	30		*Fig.* 45	*Digit.* 6	0	*Hora* 6	44	50	20
Fig. 21	*Digit.* 7	22	*Hora* 6	9	0	40		*Fig.* 46	*Digit.* 5	24	*Hora* 6	47	6	30
Fig. 22	*Digit.* 7	41	*Hora* 6	10	58	50		*Fig.* 47	*Digit.* 5	2	*Hora* 6	48	49	0
Fig. 23	*Digit.* 8	24	*Hora* 6	13	40	20		*Fig.* 48	*Digit.* 4	41	*Hora* 6	52	13	30
Fig. 24	*Digit.* 8	53	*Hora* 6	14	51	40		*Fig.* 49	*Digit.* 4	26	*Hora* 6	53	40	10
Fig. 25	*Digit.* 9	7	*Hora* 6	16	21	50		*Fig.* 50	*Digit.* 4	1	*Hora* 6	55	38	10
Fig. 26	*Digit.* 10	5	*Hora* 6	20	5	0		*Fig.* 51	*Digit.* 3	47	*Hora* 6	57	3	20
Fig. 27	*Digit.* 10	34	*Hora* 6	21	4	0		*Fig.* 52	*Digit.* 3	29	*Hora* 6	58	52	40
								Fig. 53	*Digit.* 3	22	*Hora* 7	0	47	20
								Fig. 54	*Digit.* 3	14	*Hora* 7	3	52	10
Tempus verùm viſa & fuit			*Hora* 6	21	31	24		*Fig.* 56	*Digit.* 2	38	*Hora* 7	6	29	20
Et ita vera Magnit. Eclipſ.			*Dig.* 10	48	0	0		*Fig.* 57	*Digit.* 2	24	*Hora* 7	8	17	0
								Fig. 58	*Digit.* 2	2	*Hora* 7	9	40	50
								Finis			*Hora* 7	14	55	0

Ipſa obſervatio Deliquii Solaris anni 1639.



Eclipsis Solaris
GEDANI
Anno 1639, 1 Junii St. n. observ.

Fig. A.

Autor Sculpsit.



At notes hîc velim, cùm omnes phaſes per nudum foramen tantùm ſint obſervatæ, hinc cornua phaſium non acuminatas, ſed obtuſas in tabulâ, ut vides, extitiſſe; & per conſequens etiam, ut docet Keplerus in Aſtron. parte Opticâ Cap. XI, probl. XI, phaſes omnes Eclipſeos aliquantò minores apparuiſſe, quàm reverà extiterunt. Dempto igitur foraminis diametro, extitit reipsâ genuina Eclipſeos magnitudo, non 10 Dig. 48', ſed aliquot ſcrup. prim. major, ſi ſcrupulosè rem accipiamus. Satiùs proinde eſt, ut omni tempore Teleſcopium adhibeamus: prout docuimus in Selenograph. noſtrâ, Cap. 56, quemadmodùm id etiam à nobis continuò in poſterum factum eſt, in animadvertendis ſcilicet omnibus Eclipſibus Solaribus à nobis obſervatis. Deinde etiam admonendum eſſe duco, phaſes hujus Eclipſeos in Tabellâ, non ſemper in eâdem à foramine diſtantiâ, ſed nunc in viciniori, nunc elongatiori, ratione commodioris ſitûs, eſſe obſervatas. Proinde etiam diameter Solis, in phaſibus delineatis, non ſemper æqualis eſt magnitudinis; ſed hæc differentia nihil quicquam nocet obſervationi. Nam proportio luminis & umbræ in quibusvis phaſibus, ſive ratio Solis ad Diametrum Lunæ, nihilominùs in quâvis figurâ retinet certam ſuam dimenſionem. Quouſquè autem Tabulæ Aſtronomicæ tam Kepleri, quàm Landſpergii, & Longomontani, cum hâc obſervatione conveniant, vel ab iis diſcrepent, ſequens exhibet calculus. *Notanda.*

Calculus Eclipſeos Solis.

Juxta Keplerum.			Juxta Landſperg.			Juxt. Longomont.		
	Hor.	*Min.*		*Hor.*	*Min.*		*Hor.*	*Min.*
Initium Damiſci	5	18		5	26		5	15
Maxima obſcur.	6	20						
Finis	7	14		7	33		7	3
Pars deficiens. Digit.	10	54	*Digit.*	11	7	*Digit.*	9	30

Anno 1641, die 18 Octobr. veſp. ſt. n. Eclipſis Partialis Gedani obſervata eſt, *Eclipſis Lunæ.*

	Hor.	*Min.*	*Sec.*	
Cujus Initium incidit	7	1	15	
Maxima obſcuratio	8	26	15	
Finis	9	51	0	
Tota duratio	2	50	0	
Quantitas	7	*Digit.*		
Tempore maximæ obſcurationis, horâ ſcilicet	8	27	10	*diſtitit.*

Luna à Saturno 50° 20'. Color hujus Eclipſeos fuit admodùm triſtis & ſubobſcurus, ad nigredinem ferè vergens. Quomodo autem calculus quorundam Auctorum cum hâc obſervatione conveniat, ex ſequentibus patebit.

Auctores	*Initium*			*Maxim. obſcur*			*Finis*			*Tota duratio*			*Quantitas*			
	Hor.	*Min.*	*Sec.*	*Hor.*	*Min.*	*Sec.*	*Hor.*	*Min.*	*Sec.*	*Hor.*	*Min.*	*Sec.*	*Dig.*	*Min.*	*Sec.*	
Keplerus	7	0	8	8	28	2	9	55	56	2	55	48	6	58	38	*Cũ æquat. Tychon.*
Keplerus	7	15	30	8	43	24	10	11	18	2	55	48				*Cũ æquat. fundam.*
Eichſtadi	6	50	0	8	30	0	10	9	0	3	19	0	8	0	0	*ferè.*
Landſperg.	6	40	0	8	4	0	9	27	0	2	47	0	6	30	0	

Anno 1642, die 15 April. ſt. n. mane, Eclipſis Lunæ totalis cum morâ Gedani obſervata. *Eclipſis Lunaris.*

	Hor.	Min.	Sec.	
Initium incidit	1	13	42	
Initium total. obſcur.	2	22	0	
Tempus med. obſcur.	3	4	36	
Recuperatio luminis	3	53	20	
Luna occidit	4	55	20	quatenus id colligere potuimus ob vapores horizonti inhærentes.

Hor.	′	″		°	′
3	28	30	*Luna à Caudâ ☊ diſtabat*	41	42
3	55	18	*Luna à Corde ♏ diſt.*	39	26.

Color hujus Eclipſeos fuit initiò muſtelinus; cùm verò Luna tota umbram incurreret; non ſolùm atrâ caligine fuit obducta, ſed adeò obtenebrata fuit, ut vix locum, ubi extiterit, dignoſcere potuerimus; planè ac ſi Luna nuſquam apparuiſſet. Quo verò tempore Tabulæ hanc Eclipſin hîc Gedani oſtendant, ex annexo calculo videre eſt.

Calculus Eclipſeos Lunæ 1642.

Ex quibus Tabulis	*Initium* Hor.	Min.	Sec.	*Initium total. obſcur.* Hor.	Min.	Sec.	*Temp. Med. obſcur.* Hor.	Min.	Sec.	*Recuper. luminis* Hor.	Min	Sec.	
Kepleri	1	13	28	2	13	38	3	11	5	4	8	32	*Cum æquatione Tychonicâ*
Kepleri	1	17	10	2	17	20	3	14	47	4	12	14	*Cum æquat. fundament.*
Eichſtad.	1	6	0	2	21	0	3	6	0	3	53	0	
Landſperg.	1	13	0	2	17	0	2	52	0	3	27	0	

	Finis Hor.	Min.	Sec.	*Temp. totius moræ* Hor.	Min.	Sec.	*Tota duratio* Hor.	Min.	Sec.	*Quantitas* Dig.	Min.	Sec.	
Kepleri	5	8	42	1	54	54	3	55	14	21	1	4	
Kepleri	5	12	24	1	54	54	3	55	14	21	1	4	
Eichſtadii	5	8	0	1	36	0	4	3	0	17	9	0	
Landſperg.	4	31	0	1	10	0	3	18	0	18	36	0	

Occultatio Martis

Anno 1642, *die* 15 *Auguſti ſt. n. Ged. obſerv.*

Mars à Lunâ tectus.

Lunam cùm decreſcentem, paullò poſt ejus ortum Horâ ſcilicet 11° 10′ Teleſcopio obſervarem, Martem corpore admodùm diminuto, ipſo ferè Lunæ limbo jam adhærentem, deprehendi. Quod ſpectaculum, ut jucundiſſimum mihi accidebat, ſic avidiſſimè ipſum initium occultationis exſpectabam; ſed ecce cœlum ſubitò nubibus obducebatur, ut nihil prorsùs de initio occultationis animadverterere mihi licuerit. At horâ 1 poſt mediam noctem die 16 Auguſti, cœlo rursùs ſereno exiſtente, Mars diſcum Lunæ jam exiverat, diſtabatq; à Lunâ eo tempore 30′ circ., & hor. 1 38′ ferè 38′. Quantum colligere licuit, non ſolùm limbo Auſtrali Luna Martem ſtrinxit; ſed etiam eum omninò texit. Id quod pariter Cl. Eichſtadius Stetini Pomeranorum deprehendit. Obſervavit enim principium occult. ibidem horâ 11 3′, atq; finem Hor. 11 36′.

Menſ.	*Dies. ſt. n.*	*Temp. ambulat.* Hor.	Min.	Sec.	Anno 1642 Obſervationes Lunæ, Jovis, Saturni & Martis.	*Diſtantiæ & Altitudin.* Gr.	Min.	Sec.	*Quo Inſtrumento*
Septemb.	6	10	45	0	*Diſtantia Saturni & Jovis*	9	27	43	*Radio haud*
Sept.	7	9	40	0	*Diſt. Lunæ à Jove*	10	58	4	*usq; adeò magno*
		10	0	0	*Diſt. Saturni à Jove*	9	33	23	
		11	34	0	*Diſt. Lunæ à Jove*	10	9	36	

Saturnus & Jupiter retrogradi.

Menſ.

Mens.	Dies. st. n.	Temp. Sec. Hor. ambulat. Hor.	Min.	Sec.	Anno 1642 Observationes Lunæ, Jovis, Saturni & Martis.	Distantiæ & Altitudines. Gr.	Min.	Sec.	Quo Instrumento
Septemb.	8	9	25	0	Dist. Lunæ à Jove	5	46	0	Radio
					Dist. Lunæ à Saturno	5	46	0	
					Dist. Jovis à Saturno	9	37	0	
		9	56	0	Altit. Stellæ Dubhe Ursæ Majoris	29	10	0	ferè. Quadr.
Septemb.	9	9	50	0	Distantia Saturni à Jove	9	41	0	Radio
		9	54	0	Dist. Lunæ à Saturno	11	4	20	
		9	57	0	Dist. Lunæ à Jove	20	15	14	
		10	4	0	Altitudo Dubhe Urs. Maj.	29	0	0	Quadrante.
Septemb.	10	9	0	0	Dist Jovis à Saturno	9	45	0	Radio
	11	9	50	0	Distant. Lunæ à Marte	17	1	11	
	12	1	30	0	Dist. Martis à Palilicio	18	54	17	
	12	9	49	0	Dist. Jovis à Saturno	9	49	0	

Distantiæ Planetarum.

Eadem die vesp. horâ 8 29′ Jovem & Stellam sequentem in primo flexu aquæ ♒, in ♂ deprehendi: Jupiter erat stellâ dictâ 20′ ferè borealior. Quæ conjunctio cum Tabulis & Ephemeridibus non convenit. Proinde aut Jovis, aut Stellæ Longitudo erronea existit.

Conjunctio Jovis & Stellæ.

Die 13 Sept. manè, Transitus Martis & Lunæ observatus est. In ipsa Conjunctione Hor. 1 51′ Mars à limbo Lunæ superiori distitit 20′ ferè. Hor. 7 32′ 30″ Altitudo Solis 17° 0′. observata est.

Transitus Lunæ & Martis.

Mens.	Dies st. n.	Temp. sec. hor. ambul. Hor.	Min.	Sec.	Anno 1642 Observationes Saturni & Jovis.	Distantiæ Gr.	Min.	Sec.	Quo Instrumento
Septemb.	16	9	12	0	Distantia Jovis & Saturni	10	8	0	Radio
	17	8	43	0	Distantia Saturni & Jovis	10	10	0	
	18	8	48	0	Distantia Saturni & Jovis	10	13	0	
	19	8	24	0	Distantia Saturni & Jovis	10	16	0	
Sept.	20	9	45	0	Distantia Saturni & Jovis	10	20	0	Radio
	21	8	48	0	Distantia Saturni & Jovis	10	25	0	
	23	8	44	0	Distantia Saturni & Jovis	10	29	0	
	24	9	0	0	Distantia Saturni & Jovis	10	32	0	
Sept.	26	8	38	0	Distantia Saturni & Jovis	10	39	0	Radio
	27	8	20	0	Distantia Saturni & Jovis	10	41	0	
	28	8	47	0	Distantia Saturni & Jovis	10	44	0	
	30	9	10	0	Distantia Saturni & Jovis	10	48	0	
Octob.	3	9	31	0	Distantia Saturni & Jovis	10	52	0	Radio.
	8	8	0	0	Distantia Saturni & Jovis	10	55	0	
	15	7	57	0	Distantia Saturni & Jovis	10	57	0	
	21	7	53	0	Distantia Saturni & Jovis	10	58	0	

Ab hoc tempore annis aliquot subsequentibus, utpote ann. 1644, 1645, 1646 & 1647, haud multùm sollicitus fui de distantiis locisq; Planetarum investigandis; non quidem eò, quò minùs illo tempore cura rerum Cœlestium me tangebat; nequaquam. Sed quod eo tempore arduum istud negotium Maculas Lunares ad vivum, Telescopii beneficio delineandi, ejusq; motum libratorium detegendi, nec non maculas Solares, quâvis serenâ die, cum Jovis circulatoribus, ob eorum motum eò accuratiùs addiscendi, ardentissimo animo susceperam. Quantum autem id laboris fuerit, tot ac tot Observationes solus peragere, manu meâ delineare, æriq; incidere, ut taceam totam Selenographiam qua-

Cur Auctor, per aliquot annos loca Planetarũ aliquanto rarius investigaverit.

tuor, vel quinq; annorum ſpatio conſcribere, ac penitùs in publicum edere, harum rerum Periti optimè norunt, resq; ipſa loquitur: ſic ut ſatis ſuperq; certum ſit (abſit gloria) me minimè fuiſſe eo tempore otioſum, ac optimo jure me poſſe excuſari, quòd Sextantibus & Quadrantibus reliqua Sidera aliquantò rariùs inſectatus fuerim. Accesſit, quòd tum primùm idonea, juſtæq; magnitudinis Inſtrumenta, utpote Quadrantes, Sextantes, Octantes, cum Speculâ commodâ, ad obſervationes Cœleſtes cum fructu peragẽdas fabricari & exſtrui curaverim. Quibus tandem, elapſis aliquot annis, ex voto confectis & conſtructis, nec non Selenographicis laboribus ad finem feliciter penitùs perductis, frequentiùs, majoriq; cum alacritate, obſervationes, tam Planetarum, quàm Fixarum aggreſſus ſum, ut ſubſequentium annorum animadverſiones plurimæ, circa corpora ætherea habitæ, affatim teſtantur.

Quo tempore Author Maculas Lunares & Solares obſervaverit.

Interea tamen nihilominùs vigiles oculos nonnunquam ad Planetas Fixasq; direxi, uti perſpicere eſt ex Obſervationibus Jovis, Martis, Veneris, Mercurii, illarumq; Fixarum hactenus incognitarum in Aquario & alibi ſitarum, in Prolegom. Selenograph. noſtræ fuſiùs exhibitis. Inprimis Anno 1642, 43 & 44, Maculas Solares, & Jovis Satellites diligentiſſimè ſingulis ferè diebus, cœlo exiſtente ſereno obſervavi, delineavi, æriq; incidi: prout ex Heliographiâ noſtrâ & Appendice Selenograph. clarè patet. Adhæc, ad facies Superiorum & Inferiorum Planetarum ſedulò attendi, quousq; eo tempore Teleſcopia ſex & duodecim pedum permittebant. Sic ut omni tempore ſat negotii habuerim, etiam cum illis multifariis Obſervationibus, quæ Teleſcopiis peraguntur: commonſtrante pariter ſatis ſuperq; Selenographiâ noſtrâ.

Eclipſis Lunaris.

Eclipſis Lunæ Partialis

Anno 1643 die 27 Sept. ſt. n. obſervata

GEDANI.

	Hor.	Min.	Sec.			
Initium incidit	6	36	30			
	6	48	30	*Altitudo Arcturi*	25°	0′
2 *Dig. Obſcurati fuerunt*	6	51	0			
	6	53	0	*Altit. med. in caudâ Vrſ. M.*	42°	30′
	7	14	0	*Centralis* ☌, ☽ & ♄; *diſtabat à* ☽ *circ.* 45′ *Auſtr. versùs*		
6 *Dig. Obſcurati*	7	35	30			
	7	53	0	*Alt. Med. in Caud. Vrſ. M.*	35°	40′
Finis	8	59	0			
	9	7	0	*Altitudo Lucidæ Aquilæ.*		
				Magnitudo hujus Eclipſ. extitit 6½ *Digit.*		

Hæc Eclipſis cœlo valdè ſereno obſervata eſt. Color initiò erat fuliginoſus. Quousq; autem calculo reſpondeat hæc Obſervatio, ex hiſce luculenter liquet.

Calculus Eclipſeos Lunæ, anno 1643.

	Initium Hor.	Min.	Sec.	*Medium* Hor.	Min.	Sec.	*Finis* Hor.	Min.	Sec.	*Magnitudo* Dig.	Min.	Sec.
Keplerus cum æquat. Tychonicâ	18	38	26	19	55	12	9	11	58	6	8	0
Keplerus cum æquat. fundam.	18	46	41	20	3	27	9	20	13			
Keplerus abſq; æquatione	18	37	11	19	53	57	9	10	43			
Longomontanus	18	46	0	20	3	0	9	20	0	5	53	0
Landſpergius	18	36	0	19	52	0	9	19	0	6	0	0

Observationes Eclipsium Palilicu.



Fig. B.

Semidiameter Lunæ.

10 20 30 40 50 60 70 80 90 100

Digiti Ecliptici.

1 2 3 4 5 6

Aut. Sc.



Obſervatio
Eclipſeos Palilicii
Anno 1644 *die* 15 *Novemb. manè inſtituta*
GEDANI.

Initium Occultationis Palilicii accidebat ſecundùm horologium correctum (altitudines enim tum temporis obſervandi non dabatur occaſio) horâ 3 matut. 5′. Occultabatur à Lunâ circa 96 Grad. limbi, nempe orientalis, ad Montem Alabaſtrinum Maris Eoi; quo tempore gradus Lunæ 75 limbi verticalis exiſtebat. Emergebat hor. 4 5′ 30″ circa gradum 317 limbi occidentalis, Montemq; Alaunum, paululùm ſupra Paludem Mœotidem; quo temporis articulo gradus limbi Lunæ 78 erat verticalis. Horâ 4 10′ 30″ poſt emerſionem, Palilicium tanto ſpatio à limbo removebatur, quanto ſcilicet lata erat Palus Mœotis, parte nimirùm duodecimâ circiter diametri Lunaris. Hor. 4 38′ Palilicii à limbo Lunæ occidentali diſtantia æquabatur ſemidiametro Lunari; quam diſtantiam accuratè ex aperturâ Tubi colligebam. Linea itineraria Palilicii ad Maculas translata, incedebat per Montem Alabaſtrinum, Inſ. Corſicam, Lacum Traſimenum, Montem Beroſum, M. Riphæum, Montemq; Alaunum; ſic ut initium Eclipſeos, ſive prima occultatio, circa 96 grad. limbi, finis verò, ſeu Stellæ emerſio circa 315 grad. fuerit animadverſa: quemadmodùm ex diagrammatis præſentis lineâ A B clarè deprehenditur. Limbus, ſecundùm Longitudinem & Latitudinem Lunæ eſt deſcriptus; eratquè id temporis circa initium Geminorum, limitemq; Auſtrinum. Linea FG per centrum tranſiens, eſt perpendicularis Nonageſimi, Lunâ exiſtente in limite Auſtrino. Linea KL punctis notata, eſt parallela Eclipticæ, lineamq; F G ad angulos ſecat normales; cum A B verò certum conſtituit angulum, ex quo Latitudo Lunæ, ſeu angulus Orbitæ & Eclipticæ colligitur. Circa medium Eclipſeos, ſive veram conjunctionem, Palilicium $6\frac{1}{4}$ minut. tantummodò à centro Lunæ diſtabat; ita ut Luna centro ſuo infra ſtellam ſeſe ſubduceret, Palilicium verò chordam Boream 141 gradus ſubtendentem deſcripſerit: Schematismo id clarè atteſtante.

Palilicium à Lunâ tegebatur.

Per quas Maculas Linea itineraria incesſerit.

Luna centro ſuo infra Palilicium incesſit.

Eclipſis Solis
Anno Æræ Chriſtianæ 1645, *die* 21 *Auguſti ſt. n.*
GEDANI
obſervata.

Creſcentis Obſcurationis.				Decreſcentis Obſcurationis.			
Phaſes.	*Secundũ accuratũ Sciatericũ lineæ Meridianæ applicatum.* Hor. Min. Sec.	*Altit. Solis Quad. Orichalc.* Gr. M. Sec.	*Tempus ex altitudinibus correctum.* Hor. Min. Sec.	*Phaſes.*	*Secundũ accuratũ Sciatericũ lineæ Meridianæ applicatum.* Hor. Min. Sec.	*Altit. Solis Quad. Orichalc.* Gr. Min Sec	*Tempus ex altitudinibus correctum.* Hor. Min. Sec.
Initium.	11 23 45			$7\frac{1}{2}$ *Dig.*	12 45 30		
$\frac{1}{2}$ *Dig.*	11 27 0			$7\frac{1}{4}$ *Dig.*	12 50 40		
	11 31 30	47 15 0	11 31 6	7 *Dig.*	12 54 45		
$1\frac{1}{2}$ *Dig.*	11 33 30			$6\frac{1}{2}$ *Dig.*	1 1 50		

Eclipſis Solaris Anno 1645.

Creſcen-

Eclipſis Solaris anno 1645.

Creſcentis Obſcurationis.									Decreſcentis Obſcurationis.								
Phaſes.		*Secundũ accuratũ Sciatericũ lineæ Meridianæ applicatum.*			*Altit. Solis Quad. Orichalc.*			*Tempus ex altitudinibus correctum.*	*Phaſes.*		*Secundũ accuratũ Sciatericũ lineæ Meridianæ applicatum.*			*Altit. Solis Quad. Orichalc.*			*Tempus ex altitudinibus correctum.*	
		Hor.	*Min.*	*Sec.*	*Gr.*	*Min.*	*Sec*	*Hor.* *Min.* *Sec.*			*Hor.*	*Min.*	*Sec.*	*Gr.*	*Min.*	*Sec*	*Hor.* *Min.* *Sec.*
2	*Dig.*	11	38	0					6	*Dig*	1	6	0	45	40	0	1 6 8
2½	*Dig.*	11	42	30					5¾	*Dig*	1	8	30				
3⅛	*Dig.*	11	45	30					5¼	*Dig*	1	12	20				
4¼	*Dig*	11	56	0					5	*Dig*	1	15	30	45	5	0	1 15 36
5	*Dig.*	12	1	30					4½	*Dig*	1	20	0				
5½	*Dig*	12	7	30					4	*Dig.*	1	23	45	44	20	0	1 24 25
6	*Dig.*	12	11	30					3	*Dig*	1	31	30				
6½	*Dig.*	12	16	30					¾	*Dig.*	1	47	30				
9⅞	*Dig.*	12	21	0					½	*Dig*	1	49	0				
7	*Dig*	12	22	0					*Finis.*		1	53	0				
7⅓	*Dig*	12	25	0							1	56	0	41	55	0	1 55 50
7¼	*Dig*	12	27	0							2	26	0	38	46	0	2 26 40
7⅜	*Dig*	12	30	0				12 30 30			2	30	0	38	24	0	2 30 0
7¼	*Dig*	12	31	30				12 32 10									
		12	36	30	47	0	0	12 37 13									
7¾	*Dig*	12	41	20	46	50	0	12 41 52									

Occultatio Palilicii

Anno 1645, *die* 8 *Octob. ſt. n. Lunâ exiſtente gibbâ, Gedani animadverſa.*

Luna Palilicium occultavit, An. 1645.

Quum Luna Palilicio appropinquaret ad diſtantiam 15′, ante ſcilicet conjunctionem, Jovis altitudo (namq; fixæ alicujus, ob aërem nubiloſum, altitudinem capere non licebat) Quadrante ex Orichalco confecto, accuratè deprehenſa eſt in plagâ Orient.

Principium obſcurati Palilicii incidebat in altitudinẽ Jovis

Durante Eclipſi, altitudo ♃ in plagâ Occid. capta eſt

Emergente rursùs Palilicio ex umbrâ Lunæ, altitudo humeri lucidi Orionis, in plagâ Orient. inveniebatur

Igitur ex initio Obſcur. Palilicii hor. 1 43′ & fine hor. 2. 57′ colligitur, medium tecti Palilicii accidiſſe

Et totam durationem perſtitiſſe

Poſtquam verò Palilicium (vel potiùs Luna Palilicium) ad 15′ Lunam erat prætergreſſum, reſpectu confinii luminis & umbræ, humerus lucidus Orionis ab horizonte fuit elevatus

Quanquam autem à limbo Lunæ vero occidentali, modò dicta Stella tantùm adhuc 9′ erat remota: Luna namquè eo ipſo tempore ad limbum occidentalem jam 6′ decreverat, quia tamen nondum ſatis exactè hæc minuta confecta videbantur, ideoquè paullò poſt altitudo Procyonis in plagâ orientali Quadrante capta eſt

Alterâ vice altitudo Procyonis

Hoc Tempore Luna ad 90 ferè Eclipticæ gradum pervenit, horâ nimirùm

Altitudo *Gr*	*Min*	*Tempus* *Hor.*	*Min.*
36	25	1	27
38	48	1	43
43	50	2	3½
38	45	2	57
		2	20
		1	14
40	3	3	14½
29	38	3	21
29	57	3	24
		3	30



Observatio Eclipseos Solaris instituta
Dantisci, Anno Æræ Christianæ
1645, Die 21 Augusti.

fig. C.

Observatore et Celet. Jo. Hevelio.

Biblioteka Śląska



fig. D.

Semidiameter Lunæ.

10 20 30 40 50 60 70 80 90 100

Digiti Ecliptici

1 2 3 4 5 6

Aut. Sc.



Palilicium ingressum est corpus umbrosum Lunæ, circa 118 grad. limbi Orient. circa Montem Audum, & transiit per Montem Neptunum, Montem Mysium, Promontorium Chadisiam, M. Herculis; contrà egressum est penes gradum 292; ita ut ferè centralis hæc Conjunctio Palilicii & Lunæ fuerit. Pertransiit enim proximè infra centrum Lunæ, ad unicum tantùm minutum primum, descripsitq; in hâc Observatione chordam Austrinam 174 grad. subtendentem; nec multùm abfuit, quin totam transitu Diametrum designaverit, prout ex lineâ C D Schematis B. pag. 7 appositæ dilucidè patet. Circa quam ultimam Palilicii Eclipseos Observationem hoc inprimis notandum occurrit, quòd nulla prorsùs differentia inter limbum hujus Observationis, & antecedentis fuerit animadversa; id quod tamen casu evenit. Nam Luna cùm hoc, tum illo tempore ferè eandem longitudinem & latitudinem habuit: quare cùm centrum fuerit idem, & limbum eundem fuisse oportet.

Per quas Maculas via itineraria transiverit.

Conjunctio hæc Lunæ & Palilicii fuit ferè centralis.

Observatio Eclipseos Lunaris

Ad diem 31 *Januarii, Anno* 1646 *St. n. ante Ortum Solis*

GEDANI

instituta.

Phases Lunæ deficientis Telescopio deprehensæ.	*Altitudo Lucidæ Lyræ ad ortum*		*Tempora inde supputata*	*Gradus Limbi verticalis Lunæ*	*Semidiamet. umbræ data semidi. ☽ 17 m.*		
Nihil penumbræ.	*Gr.* 30	*Min.* 3	*Hor. M. S.* 3 26 0	*Gr. Min.*	*Min. Sec.*		
Nihil	33	26	3 51 20	50 0			
Nihil.	37	10	4 18 32				
Nihil	40	30	4 42 0				
Initium	46	8	5 21 4			*Initium obscurationis circa 118° limbi Montemq; Audum deprehendebatur.*	
4 *Digit.*	47	57	5 33 36		46 30		
$4\frac{1}{2}$ *Dig.*	49	0	5 40 48		46 30	*Reliquarum phasium, ut & finis totalis obscurationis aspectũ nubes fumusq; in vicinia exortus nobis eripuerunt.*	
	Altitudo Pectoris Cygni						
11 *Dig.*	39	0	6 12 52				
	39	55	6 19 20				

Eclipsis Lunæ Anno 1646

Ingruente quidem hâc Eclipsi Lunæ, Cœli serenitas quasi annuere videbatur; sed præter spem densissimæ nubes, fumusq; nigerrimus, in vicinià meæ Speculæ Astronomicæ, eo ipso tempore subitò exoriens, penè omni ex parte observationi obstiterunt, quò minùs Lunam Telescopio accuratè intueri licuerit. Hincq; accidit, ut initium istius obscurationis uno minuto fortè seriùs animadverterimus, qualem qualem etiam adhibuerimus diligentiam: neq; insuper plures, quàm duas phases delineavimus, easq; adhuc de cœlo quasi clanculùm tantùm abstulimus: gradum phasium verò verticalem, illarumque inclinationes nullo pacto, ob causam modò dictam, legitimè annotare licuit. Animus quidem erat, cœlum si affulsisset sudum, & minima quædam circa hanc Eclipsin designare; sed ex voto meo observatio non succesit.

Sequitur insignis illa, atq; longè exoptatissima Eclipsis Jovis, quæ Anno 1646, die 24 Decemb. St. n. vesp. à nobis hîc Gedani observata est; sed utinam

Eclipsis Jovis observata.

Cœlum nobis tum fuisset magis propitium, ut omnia & singula, quæcunq; notatu summoperè fuissent digna, ex animi sententiâ deprehendere licuisset: sed res paulò aliter, quàm volebamus, cecidit. Principiò quidem, Lunâ exoriente, Cœlum admodùm affulgebat sudum; verùm paulò ante occultationis initium ex insperato undique facies Cœli ita fuit omninò tecta, ut sive Lunæ, sive ullius stellæ fixæ neutiquam concederetur aspectus: hincque omnem ferè spem hoc in observationis negotio aliquid solidi perficiendi, perdidimus. Ex improviso tamen, horam circiter nonam cum dimidiâ, nubes propè Lunam ex parte sunt dissipatæ, ut nobis in Cœlum oculos defixissimos habentibus, Luna sic satis clarè iterum appareret: at ubi interim Jupiter noster? nusquam certè conspiciendus; ut ut ille, Telescopii ope, studiosè quærebatur, planè ac si nunquam in illo amplissimo stellarum theatro extitisset. Unde sanè nihil aliud, quàm Jovem à Lunâ omninò tectum absconditumq; esse, conjicere fas erat. Quamobrem diligentissimè constantissimeque limbum Lunarem, præsertim occidentalem, ubi illius exitus sperabatur, contemplati sumus; ne non minimùm Jovis emersionem, cùm ejus occultationis initium inclementia Cœli nobis denegasset, accuratè animadverteremus: id quod & feliciter hîc Dantisci horâ scilicet 8 min. 39 sec. 30 nobis obtigit.

Circa Petram Sogdianã Jupiter emersit.

Prosiliebat itaq; demum exspectatus Jupiter ex umbrâ Lunæ, circa Petram Sogdianam, ad Sinum inferiorem Maris Caspii sitam; quo ipso momento diligenter item attendi, cum quibus Maculis in facie Lunæ maximè conspicuis, ipse Jupiter emergens, in eâdem rectâ incederet lineâ. Deprehendi autem id non solùm fieri cum Petrâ Sogdianâ, sed & Freto Pontico, Monteque Ætna. Ideoque per istas Maculas, in figurâ quâdam primariâ, eo fine destinatâ, lineam duximus rectam, quæ illicò simul initium occultationis accuratè nobis commõstrabat: quòd nimirum reverâ illud contigerit circa 100 limbi gradũ, circaq;

Per quænam Jupiter transiverit Maculas?

Montem Pentadactylum, in Mari Eoo situm: sic ut Jovis via translunaris incesserit, per prædictum M. Pentadactylum, M. Ætnam, inter M. Mysium & Olympum,. per superiorem trium Montium Moschi, Fretum Ponticum, M. Caucasum, M. Tanconem, Petramque Sogdianam, juxta quam iterum exitus Jovis animadversus, ad 275 grad. scilicet limbi. Constat ergò, Jovis lineam itineris subtensam fuisse 175 graduum, attentâ videlicet parte inferiori, sive Au-

Conjunctio Jovis & Lunæ propemodũ fuit centralis.

strali; superiori verò, sive Boreali, 185 graduum. Non minùs verò etiam indè fit manifestum, Conjunctionem hancce Jovis & Lunæ fermè centralem extitisse; quippe quòd tantùm 40 sec. sub Lunæ centro Iupiter se subduxerit, id quod ex schemate subsequente E, perquàm dilucidè videre est.

Cæterùm te scire quoq; velim Lector, quòd hæc occultatio Iovis, non ipso tempore Plenilunii, sed secundâ demùm circiter die ab Oppositione acciderit: unde Lunæ discus minimè undique apparebat plenus, verùm penè ad integrum decreverat digitum, ad plagam videlicet occidentalem: veluti ex sectione istâ luminis & umbræ A A, tum à nobis delineatâ, est in propatulo. Igitur facilè adhæc intelligis, primam Iovis emersionem non ad ipsum confinium A A, sed 2 min. 15 sec. ulteriùs, Occasum versùs (tanto enim intervallo tum confinium lucis à vero Lunæ limbo eo in loco erat remotum) factam visamq; esse.

Deniq;

Transitus Jovis observ. Ao. 1647. D. 23 Jan.

Eclipsis Jovis, observata

Eclipsis Jovis, A. 1646. D. 24 Dec. observata.

GEDANI,

Anno 1646, Die 24 Decemb. st. n. vesp.



Digiti Ecliptici.

1 2 3 4 5 6

Fig. F.

Autor Sculps.



Denique cùm in adjectâ Figurâ E, facies Lunæ eandem prorsus præ se ferat inclinationem, quam ipso emersionis tempore Luna obtinuit; inde utique cuilibet patet, initium ingressus, si Lunæ Cœlique constitutionem rectè consideres, contigisse circa Vulturnum, in distantiâ 57 graduum à puncto Nadir; emersionem verò circa Corum, in tot itidem graduum remotione, sed à puncto Zenith. Considerato autem perpendiculo Nonagesimi, initium accidit circa 69 grad. à puncto inferiori jam dicti perpendiculi distantem; finis verò occultationis circa 69 gradum, à superiori puncto ejusdem perpendiculi remotum.

Quam plagam versus, tum ingressus, tum egressus Jovis, observatus fuerit?

Postremò, quandoque denuò optima per id temporis se se nobis offerebat occasio, veram proportionem diametri Iovis, secundùm Maculas Lunares examinandi; ideò quoquè summis viribus sum annixus, ut certæ alicui Maculæ Iovem iterum æquarem. Luna itaquè probè perlustratâ, inveni eum cum nullâ omninò aliâ comparari posse Maculâ, quàm Monte Ætnâ: quanquã, cùm rem strictiùs attenderem, vix Jupiter adhuc Ætnæ æquabatur; interim tamen diameter ejus paulò major, quàm Vallis Sinai, & minor tamen, ut jam retuli, quã Vallis Ætnæ deprehendebatur. Ex quibus utiq; haud magno labore vera diametri Jovis quantitas, cognitâ videlicet proportione Vallis Ætnæ, & diametri Lunæ, investigatur: quæ proportio sanè se habet ut 1 ad 34. Iam, si diametrũ Lunæ perigææ præsupponas esse 34 minutorum; sequitur sine contradictione Iovis diametrum tantùm unico æquari minuto primo. Si verò diametrũ Lunæ perigæam minorẽ, cum Eximio P. Gassendo, 31 duntaxat minut. & 6 sec. statuas, diameter Iovis vix certè 54 minut. 40 sec. constabit. Sed de his sufficiat. Nunc Observationem ipsam occultati Iovis, ejusq; typum cùm in majori, tũ minori formâ adjungamus.

Diameter Jovis quanta fuerit deprehensa?

Observatio Jovis à Lunâ tecti,

Instituta G F D A N I An. 1646 die 24 Dec. st. n. vesp.

Observatio Jovis à Lunâ tecti.

	Altitudines. Gr. M.	*Tempus supput.* Hor. M. S.	*Tempus per altit. correct* Hor. M. S.	
			8 39 30	Initium emersionis. *Quo tempore M. Serrorum & Insul. Corsica, sub eâdem lineâ deprehendebantur perpendiculari. Hinc*q; 340 *grad. limbi culminasse constat.*
1			8 50 0	*Jupiter tanto elongabatur intervallo à confinio luminis & umbræ, quãto M. Æt. à Sin. Salmidesso; hoc est* 6½ *min.*
2			8 53 0	*Distantia Jovis à confinio æqualis erat distantiæ Insul. Besbicæ à M. Riphæis; hoc est* 8 *circiter minut.*
3	*Hũ. Dex. Or.* 34 50	8 58 20		
			9 6 0	*Distantia Jovis à limbo lucido, æquabatur distantiæ M. Ætnæ à confinio occident. hoc est* 17 *min.*
4	*Pedis sin. Or.* 24 30	9 18 44		*Distantia Jovis erat tanta, quanta distantia M. Porphyritis à M. Riphæis, tum temporis in ipso confinio sitis, id est* 22 *circiter minutorum.*
5	*Hũ. luc. dext.* 38 33	9 38 31		*Jupiter tanto spatio à confinio aberat, quanto abesse videbatur confinium lucidæ & obscuræ partis, ab ei opposito limbo orientali; hoc est* 31 *min.*
6	*Limbi ☽ sup.* 29 52	10 4 42		*Jupiter à confinio* 40 *circiter min. removebatur.*
	Limbi ☽ sup. 30 44	10 10 52		
	Jovis 31 50	10 16 14		
	Martis 29 10	10 17 45		
	Jovis 32 18	10 19 35		
	Jovis 32 42	10 21 39		
	Jovis 33 0	10 24 31		
	Canis min. 32 10	10 27 56		
	Canis min. 32 47	10 33 42		
	Canis min. 33 7	10 36 50		

De cætero autem, si scire quispiam insuper cupiat, quodnam planè occultationis Jovis fuerit auspicium, licet mihi ipsi ob causam supra dictam id animadvertere oculis non licuerit, nihilominùs tamen id mysterii facilè omnibus propalabo.

Initium occultationis Jovis Regiomonti observatum.

Sed quomodo? inquies; videtur enim id quasi impossibile minimè certè. Nam, quod id feliciter fieri possit, efficit Doctissimi M. Alberti Linemanni, amici nostri haud vulgaris observatio, Regiomonti in Borussiâ nostrâ feliciter suscepta, cui, nescio quâ meliori fortunâ, initium illud Jovis occultationis præ nobis observare obtigit, quod, sicuti ex literis ejus humanis percepi, incidit ibidem, cùm Humerus sinister & præcedens Orionis altus esset 29 grad. 31 min. hoc est, hor. 7, 53 min. 3 sec. Quo de tempore, si differentiam Meridianorum 7 min. 30 sec. inter Dantiscum & Regiomontum, quamplurimis fide dignissimis observationibus multoties stabilitam, subduxeris, remanebit verum principium ingressus hîc, scilicet Dantisci, hor. 7 45 min. 33 sec. Egressus verò à nobis deprehensus horâ 8, 39 min. 30 sec. Ex quibus utiq; patet, quòd mora obscurationis Jovis ad 54 propemodùm minuta temporis se se extenderit: id quod hoc loco tacere, & silentio supprimere planè nefas duximus.

Observatio Eclipseos Lunæ,

GEDANI

Anno à nato Christo 1647 die 20 Jan. st. n. vesp. instituta.

Phases Lunæ Tubospicillo observatæ.	*Altitudines.*		*Tempora supputata.*		*Tempus secundũ horol. per alt. correctum.*		*Quænam Maculæ sub eâdem lineâ perpendiculari fuerint observatæ; & quinam gradus limbi exiterit verticalis?*
		Gr. Min.	H. M. Sec.		H. M. Sec		
	Jovis	24 54	7 12 56				
	Procyonis	24 45	7 28 40				
	Sirii	13 25	7 56 59				
	Procyonis	30 47	8 17 43				
Nihil penumbræ.	*Procyonis*	30 58	8 19 19				*Mons Carpates & Mons Ætna pendiculariter erant erecti. Hinc 342 grad limbi extitisse verticalẽ certũ est.*
Nihil	*Procyonis*	33 5	8 36 39				
Nihil adhuc.	*Procyonis*	33 42	8 40 48				
Penumb. dilutissimæ vestigium	*Jovis*	41 9	9 7 28				
Penumbra paullò crassior.	*Jovis*	41 46	9 12 12				
Penumbra valdè notabilis.	*Jovis*	42 24	9 17 40				*Lacus hyperboreus inferior & Insul Besbica: sic ut 345 grad. fuerit verticalis.*
Initium	*Jovis*	42 40	9 19 12				
1 ⅞ *Digit.*	*Procyonis*	37 22	9 24 36				
2 1½ *Dig. & paulò plus*	*Procyonis*	37 44	9 29 17				
3 2¼ *Digit.*	*Jovis*	44 37	9 34 51				
4 2½ *Digit.*	*Jovis*	44 55	9 37 23				*Sinum Sagaricum Ponti Euxini, Insulamq; Besbicam in lineâ perpendiculari deprehendimus; unde innotescit, quòd 352 gr. Lunæ culminaverit.*
5 3 *Digit.*	*Procyonis*	38 48	9 44 7				
6 3⅜ *Digit.*					9 47 23		
7 3¾ *Digit.*	*Procyonis*	39 19	9 52 11				
8 4 *Digit ferè*	*Procyonis*	39 40	9 58 7				
	Jovis	48 0	10 6 45				
9 4¼ *Digit.*	*Jovis*	48 9	10 8 11				
10 4⅜ *Digit.*	*Cord. Leonis*	32 55	10 10 31				
11 4½ *Dig. & paulò plus*	*Jovis*	49 4	10 17 0				*Lacus hyperboreus superior & Insula Besbica. Ergò 3 grad. extitit verticalis.*
12 4¾ *Digit.*	*Jovis*	49 24	10 20 22				
13 5 *Digit.*	*Jovis*	50 14	10 29 5				
14 5 *D. & paulò min9*	*Jovis*	50 41	10 34 2				
15 4½ *Digit.*					10 45 0		
16 4¼ *vel par. amplius*					10 49 30		
17 3¾ *ferè digit.*					10 57 0		
18 3¼ *vel par. amplius*	*Jovis*	52 58	11 2 59				*Lacus niger major & Byzãtium; hoc est 9 grad. tum tẽporis culminabat.*
19 3¼ *Digit. ferè*					11 3 55		
20 2¾ *Digit.*					11 10 2		
21 2½ *Digit.*					11 13 40		
22 2 *Digit.*					11 16 0		
23 1½ *Paul. ampl.*					11 19 15		
24 1⅜ *Digit.*	*Cord. Leon.*	41 22	11 20 53				
25 1⅛ *Dig. ferè*					11 22 20		
26 ⅝ *Digit.*					11 24 45		
Finis	*Cord. Leon.*	42 5	11 27 44				*Latus sinistrum lacus nigri majoris, & M. Ætna. Itaque 16 grad. limbi culminabat.*
Densa penumbra	*Cord. Leon.*	42 19	11 30 3				
Penumbra dilutior					11 33 16		
Penumbra dilutissima					11 35 48		
Finis penumbræ					11 38 40		

Per quas

Eclipsis Lunæ Partialis, observata

GEDANI,

Anno æræ Christianæ 1647, Die 20 Januarii vesperi.



Phases Eclipseos Crescentes.



Phases Eclipseos Decrescentes.





Digiti Ecliptici.

Fig. F.

Autor Sculpsit



Per quas Maculas transiverint Umbræ sectiones.

Init *Initium contigit circa 170 grad. limbi.*

1 *Per Montem Acabe, Lacum Meridionalem, ejusq; Montem.*

2 *Per M. Ajacem, Pal. Arabiæ; interq; M. Lionem, Annæq;*

3 *Per Sinum Sirbonis, I. Didymam, M. Horeb, prope M. Sinai.*

4 *Per M. Cataracten I. Letoam, perq; partem M. Sinai Australe.*

5 *Per part. infer. Pal. Maræot. Mare mortuum, M. Dalangveros.*

6 *Per Pal. Maræotidem Inf. Carpathon, Taurumq;.*

7 *Per sup. p. P. Maræot, infra Rhod. per I. Cypr. per Lib. M. Coib.*

8 *Per Pal. Maræotid. I. Melam, supra Rhodum & M. Armenium.*

9 *Per P. Maræotid. M. Phœnicem, M. Cragum, atq; M. Sogdian.*

10 *Per Inf. p. P. Maræotid. per Tumulum Celenorum M. Sog. & P. Areesi.*

11 *Infra P. Maræotid. M. Masicytum & Paludem Areesam.*

12 *Inf. P. Maræotid. sup. M. Athon, Inf. M. Sip. Didymumq; per. S. ext. Pon.*

13 *Per I. Lemnam, M. Sipylum, Didym. M. Moschum & S. ext. Ponti.*

14 *Per Mare Syrticum, M. Athon, M. Didym. M. Tanconem & Pet. Sog.*

15 *Per M. Cataract. I. Melam, I. Lesbicam, M. Masicytum, M. Tanconem.*

16 *Per M. Acaben, I. Cret. I. Rhod. M. Cragum, M. Cad. atq; Pet. Sog.*

17 *Per M. Pharan, M. Nitriæ ad Mare Pamp. supra Pet. Sordianam.*

18 *Per M. Troicum, M. Tabor, infra Tanconem.*

19 *Per M. Hor, M. Libanum, inf. Tanconem & supra Pet. Sogdian.*

20 *Per M. Annæ, M. Sinai, L. Thospidem, Petram Sogdianam.*

21 *Per M. Seir, Taurum, infra Petram Sogdianam.*

22 *Per M. Seir, M. Calchastam M. Sogdianum.*

23 *Per Desertum Raphidim, M. Caucasum & Nerosum.*

24 *Per M. Coibacaranos, M. Paropamisum & Montem Nerosum.*

25 *Per M. Techisandam M. Dalangveros infra M. Nerosum.*

26 *Infra Dalangveros.*

Fin *Finis obtigit circa 247 grad. limbi.*

Animadversiones quædam, circa hanc Eclipsin notatu dignæ.

Paulò antè initium Eclipseos, clarè admodùm omnes 4 circumjoviales, tres scilicet Jovi ad sinistram, & quartum ad dextram ejus conspeximus, hoc circiter positu.



Init *Cœpit Eclipsis à parte infer. & quidem dext. versùs 5 scilicet grad. à puncto Nadir, obscurari. A lineâ verò Nonagesimi perpendiculari ortum versùs 38 cir. grad. obumbrari incepit.*

2 *Umbra Sinum Sirbonis stringebat.*

3 *Mons Sinai tegi incipiebat.*

4 *Mons Sinai planè tectus.*

5 *Umbra circa partem inferiorem Paludem Maræotidis terminabatur. Itemq; cuspis dextra distitit à puncto Nadir 60 grad. altera verò 40 grad. circiter ortum versùs.*

6

7

8 *Cuspis dextra distabat à puncto Nadir 75 grad. & sinistra 45 gr.*

9

10

11

12 *Umbra ad Sinum extremum P. Euxini usq; pervenerat:*

13 *Maxima cùm observabatur obscuratio, umbra Inf. Lemnã transgrediebatur: Cuspis dextra tum elongabatur à puncto Nadir 90*

14

15 *grad. & sinistra ortum versùs 48 grad.*

16

17 *Cuspis dextra planè in occasu, hoc est 90 grad. à puncto Nadir remota erat,*

18

19

20 *Mons Sinai iterum illustrari incipiebat:*

21 *Alterâ cuspide in puncto Nadir, alterâ planè in occidente umbra*

22 *terminab., sic ut phasis id temp. 4 partem periph. Lun. occuparet.*

23 *Cuspis dextra omnino sub linea normali, quæ lineam perpendicularem intersecabat animadversa: sinistra verò 5 grad. à puncto*

24 *Nadir ortum versùs erat remota.*

25

26

Fin *Finis extitit à puncto Nadir dextram versùs 45 grad. circ, à lineâ verò perpendiculari Nonagesimi tantùm 38 circiter grad.*

Sed ut paulò etiam curiosiori eò magis satisfiat Lectori, ecce, cujusvis digiti phasin, in peculiare retuli schema, uti in præcedente Diagrammate F, videre est. Quamvis autem longè sint minora illa Diagrammata, quàm ea esse aliquis optet: attamen Maculæ principales, quæ præ cæteris eminent, quoad fieri potuit, summâ diligentiâ ibidem sunt adumbratæ; ita ut non solùm, meo judicio, cujusvis digiti sectionem sive phasin satis probè animadvertere, sed &, quod magis est, ipsam Lunæ inclinationem, quæ circa quamlibet phasin fuit advertenda, accuratè admodùm dijudicare possis; præsertim verò annotatis illis se se invicem intersecantibus duabus lineis, quæ nunquam non angulum inclinationis constituunt. Linea enim a b, commonstrat lineam perpendicularem, Lunâ in Nonagesimo, circaq; Nodum Boreum constitutâ; altera verò c d, lineam indicat quovis tempore, ex puncto Lunæ verticali, per centrum ejus perpendiculariter descendentem: hincque valdè velociter hæc variatur; at illa a b, intra dies aliquot vix parùm admodùm de loco suo dimovetur: sic ut statim, primo intuitu ex angulo isto, quem duæ illæ lineæ constituunt, inclinationem seu distantiam lineæ perpendicularis Nonagesimi, à lineâ verticali Lunæ, nemo non nescire non possit. De quibus quidem, ut te, Lector amice, priusquam observationem ipsammet oculis tuis sisterem, quasi in antecessum admonerẽ, æquum duxi. Tandem verò sub finem figuræ F, etiam Iovis transitum à nobis observatum adjiciam; idque eo præsertim fine, ut velocem Macularum Lunarium inclinationem, (cùm eâdem nocte tam hic Iovis transcursus, quàm Eclipsis Lunæ acciderit) eò deprehendas meliùs. Quicquid autem præterea de istâ Iovis observatione animadversum à nobis fuit, ex sequentibus patebit.

Transitum Jovis.

Transitus Jovis, observatus GEDANI.

Anno Christi 1647 *die* 21 *Januar. mané st. n.*

	Altitud. Arcturi. Gr.	Min	*Tempus supputatum.* Hor.	Min.	Sec.	
1	36	53	2	6	49	*Distantia Jovis à limbo* ☽, *deprehendebatur* 40 *circiter minutorum.*
2	38	29	2	18	21	*Distantia* ♃ *à limbo* ☽, *æquabatur diametro* ☽, *seu* 34 *minutis.*
	39	48	2	38	0	*Montẽ Carpatem & Byzantium, sub eâdẽ lineâ perpendiculari animadvertimus: hincq; constat.* 35 *grad. limbi culminasse.*
			2	33	45	*Mars cum centro Lunæ in perpendiculo observatus.*
3	44	48	3	6	15	*Jupiter à limbo* ☽, *non removebatur majori interstitio, quàm M. Ætna à limbo* ☽ *infer. hoc est* 21 *circiter min. Tumq; Jupiter cum M. Porphyritis atq; Ætnæ, rectam omninò constituebat lineam. Id quod circa tales stellarum transitus summoperè dignum est observatu. Hoc enim si rectè attendatur, profectò nunquã non certus esse poteris, à quâ parte limbi distantia sit numeranda; contrà, si id neglexeris, in casum laborabis.*
4	46	16	3	18	7	*Jupiter distitit à limbo Lunæ, tanto scilicet intervallo, quanto Insula Besbica, à M. Porphyrite, hoc est,* 15 *min. In rectâ verò lineâ deprehensus Jupiter cum Inf. Corsicâ atq; Insul. Besbicâ.*
5			3	45	0	*Distantia* ♃ *paulò major, quàm intervallum inter Mare Mediter. & limb. Orient. Lunæ, circa Inf. Cercinnam animadversa. Quo simul tempore* ♃ *recta incedebat cum Lacu nigro majori, itemq; Inf. Besbicâ.*
6			3	57	0	*Luna cùm ultimò observaretur, summùm à Jove* 7 *min. elongabatur. Postmodùm Lunam minimè ampliùs observare nobis concessum fuit; cùm Cœlum undiq; nubibus densissimis obumbraretur.*

Hoc

Transitus Jovis,
GEDANI,
Anno à nato Christo, 1647. Die 12 April.
observatus.



fig. G.

Autor Sculpsit.

biblioteka

Hoc ipſo anno 1647, die 12 Aprilis denuò Conjunctionem Jovis & Lunæ feliciter obſervavi; quæ certè tantò magis annotari meretur, quantò rariùs unquam eo modo obvia eſt: cùm tempore veræ primæ Quadraturæ, ſive circa Phaſin Lunæ Biſectæ contigerit. *Tranſitus Jovis tempore primæ Quadraturæ denotatus.*

TRANSITUS JOVIS, GEDANI.

Anno Æræ Chriſtianæ 1647 die 12 April. ſt. n. veſp. obſervatus.

Obſervat.	Altitudines Arcturi Quadrante captæ. Gr. Min.	Tempus ſupputatum. Hor. Min. Sec	Quænam Maculæ ſub eadem lineâ perpendiculari fuerint obſervatæ; quinam gradus verticalis, & quanta inclinatio cuſpidum extiterit?	Diſtantia Jovis à cuſpide Lunæ ſuperiori, cùm per Macularum diſtantias, tum quoq; in ipſis minutis, accuratè determinata.	Cum quibus Maculis Lunaribus Jupiter quovis tempore obſervatus, lineam omninò conſtituerit rectam.
1	39 40	9 15 4			
2	40 5	9 19 16	*Byzantium & M. Æmus. Unde elucet 40 Lunæ gr. fuiſſe verticalê ſic ut 8 gr. cuſpis ſcilicet ſuperior diſtiterit, occaſum versùs.*	*Diſtantia 45 circiter minut. deprehendebatur.*	
3	41 5	9 26 12			
4		9 38 10	*Mons Liguſtinus & I. Besbica: quo tẽpore 47 gr. exſtitit verticalis cuſpis verò ſuperior elongabatur à puncto Zenith 15 gradibus.*	*Diſtantia 40 circiter erat minut.*	
5		9 59 0		*Diſtantia 36 circiter minut. animadverſa*	*Jupiter, Inſ. Besbica, & Mons Herculis eandem conſtituebant rectã lineam.*
6	45 58	10 4 25		*Diſtant. æquabatur diametro ☽, hoc eſt, ſecundùm Keplerum 32 min. 42 ſec.*	*Jupiter, Inſula Besbica & Inſula major Caſpii.*
7	48 5	10 22 23		*Jupiter tanto intervallo à cuſpide Lunæ ſuperiori, quanto dicta cuſpis ab Inſulâ Cypro removebatur. hoc eſt 22 min.*	*Jupiter, Mons Argentarius & Inſ. Major Caſpii.*
8	49 40	10 37 7		*Diſtant. erat æqualis diſtantiæ inter cuſpidem ſup. & M. Sypilum, h. e. 18 min.*	*Jupiter, M. Liguſtinus & I. Apollonia major: quo tẽpore ſimul Jupit. cũ Marte & cuſp. Lunæ ſup. omninò in rectâ erat lineâ ſitus. Diſtantiâ verò Jov. & Mart. per radium minorem deprehenſa 2 gr. 17 min. circiter.*
9	51 0	10 50 20		*Diſtant. jam minor diametro Lunari, ut Besbica ſcilicet à cuſpide ſuper. hoc eſt, 13 minut. æſtimabatur.*	*Jupiter, M. Liguſtinus & Byzantium.*
10	52 3	11 1 24	*M. Serrorũ & I. Apollonia major culminabat. Itaq; 53 gr. Luna; at cuſp. 21 gr. à puncto Zenith diſtabat.*	*Diſtant. nõ excedebat intervallũ inter Inſ Besb. & M. Serrorũ, h. e. 12 min. 30 ſec.*	*Jupiter, Inſula Apollonia major & Mons Æmus.*
11	52 20	11 4 49		*Jupit. non ampliori interſtitio elongabatur à cuſp. ☽ ſup. quàm hæc dicta cuſp abeſſe videbatur à M. Argẽt. h. e 8 m. 30 ſec*	*Jupiter, Inſ. Cyanea, & Mons Æmus.*
12	52 43	11 9 19		*Diſtant. inter M. Æmũ & cuſp. ☽ ſup planè æquabatur Diſtantiæ Jovem inter & eandem cuſpidem. h. e. 8 circiter minut.*	
13		11 11 5		*Diſt. Jovis à cuſp. erat ſimilis diſtãt. M. Carpatis & I. Besb. h. e. 6 min. 30 ſec.*	*Jupiter, Mons Serrorum & Apollonia major.*
14	53 10	11 14 50		*Tempore ſcilicet veræ conj. Jupit. tanto certè intervallo diſtitit à cuſp ſup. ☽, quãto M. Serr. abeſt à M. Argent. h. e. 6 min.*	*Jupiter, Inſ. Cyanea, & Mons Serrorum.*
15		11 21 30		*Diſt. ♃ à cuſp. ☽ ſup. iterũ accedebat ad diſt. inter Inſ. Besb. & M Carp. h. e. 7 m.*	*Jupiter, M. Serrorum & Inſula Besbica.*
16		11 23 30		*Diſt. ♃ à cuſp. ☽ ſup. non deprehẽdebatur major diſtãtiâ inter I. Besb. & M. Serrorum, h. e. 8 min. vel parùm ampliùs.*	*Jupiter, M. Carpates & M. Sipylus.*
	Altitudo Lyræ.				
17	34 25	11 30 9		*Jupit. tanto removebatur ſpatio à limbo ☽, quanto abeſſe videtur Inſula Apollonia à M. Serrorum, hoc eſt, 9 minut.*	*Jupiter, Mons Serrorum & Mons Argentarius.*
18	36 0	11 41 39	*I. Apoll. major & M. Carp. ſub eãdem perpendiculari lineâ reperiebantur; ſic ut certũ ſit 55 gr. extitiſſe verticalẽ; & cuſp. 23 gr. abfuiſſe à punct. verticali ſive Zenith.*	*Jupit. non majori interſtitio elongabatur à ☽ limbo, quàm I. Besb. à cuſp. ☽ ſup. diſtare deprehenditur, h e. 13 minut.*	*Jupiter, Mons Carpates & Mons Argentarius.*
19	38 33	11 59 55		*Diſtant. inter Jovem Lunaq; limbũ erat denuò æqualis diſtantiæ inter cuſpidẽ ejus ſup. & Montem Sipylum, h e. 18 minut.*	*Jupiter, Mons Æmus & Mons Argentarius.*

Observatio conjunctionis Jovis & Lunæ.

In hâc Obſervatione non ſolùm altitudines quarundam ſtellarum, genuini ſcilicet temporis eliciendi cauſsâ inveſtigavimus; ſed & diverſas Iovis à cuſpide Lunæ ſuperiori, vel ejus â limbo elongationes, ſecundùm normam infallibilem, Macularum, puta, quarundam Lunarium diſtantias, accuratè annotavimus. Quasq́; elongationes omnes & ſingulas, etiam in ipſis minutis (utpote quod, cognitâ tantùm Lunari diametro, nimis quàm facilè præſtare in proclivi eſt) determinavimus; minimè neglectis quoq́; illis, ſive Maculis Lunaribus, cum quibus Iupiter quovis obſervationis momento rectam omninò conſtituebat lineam, ſive iſtis etiam Maculis, quæ tum ſub eâdem lineâ perpendiculari ſe ſe offerebant; quarum videlicet ope, gradus Lunæ verticalis, atq; cuſpidum inclinatio rectè ſemper innoteſcit. Idque in univerſum non neſcire maximè utiq́; noſtrûm refert. Nam hinc totum planè hujus negotii fundamentum, ac certitudo unicè dependet: dum his probè animadverſis, errores, qui hactenus circa ejusmodi obſervationes nonnunquam fuêre commisſi, nullo ſanè labore cognoſcuntur ac deteguntur. Atq́ue ita demùm omnia, quâ oportuit curâ, annotata, ordine in tabellam, more noſtro, conjecimus; ſuperaddito ipſius tranſitus, ſive Conjunctionis typo G.



Autor denuò Jovis diametrũ viſibilem metitur.

Tranſitus Jovis anno 1647 Lunâ exiſtente Corniculatâ.

Hâc occaſione datâ, ſimul Iovis dimetientem, Macularum ope, quàm accuratisſimè fieri potuit, obſervavimus. Deprehendimus autem illã haud majorem Monte Crago, in Aſiâ minori, non procul à Montibus Sipylo Didymoq́ue ſito: cujus quidem Montis Cragi diameter vix $\frac{1}{34}$ partem, accuratâ expenſione, totius Lunæ dimetientis æquat. Hincq́ue datâ Lunæ diametro, ſecundùm Severinum Longomontanum 33 minut. 58 ſecund. Diameter Iovis vix unico conſtat minuto: ſecundùm verò Keplerum, datâ diametro 32 min. 42 ſecund. tantùm $57\frac{1}{2}$ ſecund. At ſecundùm Gaſſendi proportionem diametri Lunaris 31 minut. 6. ſec. tantùm 55 ſec. Iove ſcilicet circa Apogæum verſante, ejus dimetientem conſtare dicendum. Unde jam ſatis ſuperq́ue fit manifeſtum, Diametrum Iovis viſibilem longè ſanè minorem, quàm hactenus omnes anteceſsores noſtri putarunt, reperiri.

Diſtantia Jovis à Luna tempore Conjunctionis.

Eclipſis

Eclipsis Solis

GEDANI

Anno à nato Christo 1649, *die* 4 *Novemb. st. n. observata.*

Ordo Phasium.	*Phases Eclipseos ☉, observatæ Tubospicilli beneficio.*	*Tempora secũdùm horologium, singula secunda commonstrans.*	*Vibrationes seu reciprocationes perpendiculi.*	*Verũ atq; accuratũ tempus, ex vibrationibꝰ perpendiculi deductum.*
		Hor. Min. Sec. 12 55 35 *Sciatericũ lin. Merid. appl. tãtummodò* 12 *Hor.* 54 *Min. indigitabat.*		*Hor. Min. Sec.*
		1 48 45		
		1 49 53	2080	1 48 6
		1 51 15	2160	1 49 56
		1 54 45	2304	1 53 22
		1 57 16	2434	1 56 13
		2 8 15	2980	2 8 52
		2 9 43	3029	2 10 1
		2 49 40	4728	2 49 18
1	$5\frac{3}{4}$ *Digit.*	3 15 0	5819	3 14 30
2	$5\frac{1}{2}$ *Dig.*	3 17 0	5910	3 16 36
3	$5\frac{3}{8}$ *Circit.*	3 19 45	6029	3 19 22
4	5 *Dig.*	3 22 30	6151	3 22 10
5	$4\frac{7}{8}$ *Circit.*	3 24 0	6216	3 23 41
6	$4\frac{3}{4}$ *ferè.*	3 27 0	6326	3 26 19
7	$4\frac{5}{8}$ *Circit.*	3 28 0	6392	3 27 45
8	$4\frac{1}{4}$ *Dig.*	3 32 40	6598	3 32 31
9	$3\frac{1}{2}$ *Digit.*	3 39 0	6873	3 38 50
10	$1\frac{1}{8}$ *Digit.*	3 56 0	7611	3 55 56
11	$\frac{1}{2}$ *Digit.*	3 59 0	7741	3 58 57
12	*Finis.*	4 1 0	7831	4 1 0

Quot perpendiculi reciprocationes horã conficerint integram.

Horâ pomeridianâ (secundùm exquisitum sciatericum) primâ, vibrationes perpendiculi numerari cœperunt. Perpendiculi autem reciprocationes $43\frac{1}{4}$ conficiebant minutum primum; 2596 verò horam integram. Ejusque rei tam eâdem die, quàm subsequenti, aliquoties factum est experimentum.

Initiò item altitudines Solis Quadrante orichalcico idoneo fuerunt captatæ, idq; eum in finem, ut tempus ab horologio ambulante indicatum, posset corrigi. Verùm animadverso, fore impossibile, ut accuratissimè Stellarum situs observarentur, cùm ob Solis declivitatem & aëris inclementiam, radiorumq; Solarium imbecillitatem, tum quòd nudis altitudinibus absq; azimuthis, in tali positu, parùm admodùm esset fidendum; hinc consultò altitudines reliquimus, vibrationibus unicè contenti. Hæ enim, si ad sciatericum in minuta accuratè distributum rectè applicentur, in tempore commonstrando (experientiâ teste) palmã præripiunt automatis omnibus.

Ex vibrationibus omnium optimè tempus deducitur.

Atq; ad horam 2 usq; cœlum perquàm erat illustre & serenum: à 2 hor. 10′ verò usq; ad horam 3 14′ 30″ densissimæ nubes cœlum solemq; ipsum ita obvelabant, ut vix spes tenuis superesset aliquid observandi. Ex in sperato tamen accidit, ut Sol hor. 2 49′ iterum per dilutiores nubeculas emergeret. Deprehensum itaq; est, quòd Sol non tantùm cœperit obscurari; sed & defectus ejusdem jam ultra quatuor, & ferè ad quinq; se se extenderit digitos, quantum conjecturâ assequi licuit. Nam accuratè phasin illam notare haud potuimus, ob subsequentes illicò obnubilationes.

Tandem verò Cœlum ex voto extitit propitium, ut succedentes phases omnes ad amussim adumbrare non negatum fuerit. Tum ab hâc primâ annotatâ

tatâ phasi, statim defectus Solis decrescebat; crescentes phases minimè conspe-
Maxima obscuratio. ximus. Hanc autem primam, maximam fuisse obscurationem, nec antecedentium ullam majorem extitisse, ex cornuum situ ad Eclipticam facilè colligere datur. Cuspis ejus dextra Corum vergens, distabat à puncto Zenith $5\,3\frac{1}{2}$; ab Ecliptică verò 45°. Vicissim sinistra ab Ecliptica 14 grad. circit. & à puncto Zenith 68° elongabatur. Solis autem quartâ diametri parte existente obscurâ, cuspis dextra planè punctum Zenith tenebat.

Quòd insuper plures non fuêre hîc notatæ phases, turrium altiorum fastigia, sub quibus Sol interdum delitescebat, in caussâ sunt. At circa Eclipseos finem, Sol denuò clarè admodùm in oculos incurrebat, ut planè ipsum obscurationis finem perquàm exquisitè, non sine magnâ delectatione, conspexerimus. Desiit itaq; Hellespontium versùs, â puncto scilicet Zenith circa 55 gradum, & ab Ecliptică circa 27 grad. Cœpit verò, uti ex phasibus certò conjicitur, Corum versùs, circa 60 circiter gradum à puncto Zenith.

Jam ex fine & maximâ obscuratione nostrâ colligimus, Eclipseos initium incidisse hor. 2 28′ circiter. Sicuti nec non constat, medium Eclipseos non quidem prorsus fuisse nostram phasin primam; vix tamen supra duo vel tria minuta prima haud incidisse citiùs. Sed posito citiùs ingruisse: non tamen hâc nostrâ phasi primâ potuit existere major.

Observationi non respondet calculus. Quòd autem Calculus tam in tempore, quàm quantitate in tantùm ab Observatione aberraverit, sanè demiror, suspicorq; latere aliquid, ut reliqua taceam, in temporũ æquatione. Ut vel inde etiam liquidum evadat, dandam esse nobis operam, quò hac quoque in parte Tabulis subveniamus. De cœtero notandum ampliùs occurrit nihil, nisi quòd phasium cuspides sinistræ ultra 4 grad. infra Eclipticam non descenderint; & quòd phasis in ordine septima, Ecliptică fuerit, cuspide suâ modò dictâ, omnium vicinissima.

Denique majoris certitudinis, nec non jucundæ recreationis gratiâ, Typum quoq; ipsum observationis H à nobis exsculptum, hîc apposuimus. Superior quidem figura major, sectiones luminis & umbræ, uti à nobis observatæ sunt, commonstrat; numeri indicant ordinem phasium. Minores verò facies ex majori sunt deductæ, tum ut res eò clarior redderetur omnibus, tum ut adspectus cujusvis digiti, imò semidigiti, cum tempore ipsis competente vero innotesceret. Atque ita omnes, quibuscunque hoc magni sideris deliquium animadvertere obtigit, suas Observationes, cum hisce nostris conferent nullo negotio.

Observatio Eclipseos Solaris GEDANI,

Anno æræ Christianæ 1652, die 8 Aprilis st. n. peracta.

Ordo

Eclipsis Solis, observata,

GEDANI.

Anno à nato Christo, 1649, Die 4 Novemb. hor. p.



Phases Eclipseos Decrescentes.



Phases Eclipseos Decrescentes.



Fig. H.

Observator Sculpsit.

Ordo Phaſ. Creſcēt.	Phaſium Digiti Ecliptici.	Vibrationes perpendiculi.	Verum atq; genuinum tem. ex vibrationibus perp. deductum.			Tempus, ſecundùm exquiſitū ſciatericum horizontale.			Tempora ſecūdùm horologium ambulatorium.			Altitudines Cētri Solaris.	Accuratum Tempus ex Altitudinibus ☉ erutum.		
			Hor.	Min.	Sec.	Hor.	Min.	Sec.	Hor.	Min.	Sec.	Gr. Min.	Hor.	Min.	Sec.
		1							10	00	0				
		253	10	3	51				10	86	0				
		379	10	6	46				10	19	0				
		507	10	9	44				10	12	0				
		635	10	12	41				10	15	0				
		853	10	17	47				10	20	0				
		1281	10	27	41				10	30	0				
		1985	10	43	55				10	46	0				
		2155	10	47	51				10	50	0				
		2320	10	51	40				10	54	0				
		2484	10	55	25				10	58	0				
	Nihil.	2565	10	57	20	10	57	30	11	0	0				
	Nihil.	2598	10	58	8	10	58	0	11	0	45				
	Nihil adhuc	2681	11	0	0	11	0	0							
	Initium.	2826	11	3	21	11	3	30	11	6	12				
1	$2\frac{1}{5}$ *Digit.*	3308	11	14	30	11	14	30	11	17	20				
2	$2\frac{5}{8}$ *Digit.*	3392	11	16	26	11	16	30	11	19	20				
3	$2\frac{3}{4}$ *Digit.*	3503	11	19	0	11	19	0	11	21	18				
4	3 *Digit.*	3574	11	20	39	11	21	0	11	23	58				
5	$3\frac{1}{4}$ *fere.*	3657	11	22	34	11	23	0	11	25	53				
6	$3\frac{1}{2}$ *& paulò plus*	3750	11	24	43	11	25	0	11	28	26				
7	4 *Digit.*	3838	11	26	45	11	27	0	11	30	29				
8	$4\frac{2}{5}$ *Digit.*	3954	11	29	26	11	30	0	11	32	25				
9	5 *Digit.*	4120	11	33	17	11	33	0	11	36	10				
10	$5\frac{3}{8}$ *Digit.*	4214	11	35	27	11	35	30	11	39	20				
11	$5\frac{3}{4}$ *fere.*	4270	11	36	45	11	37	0	11	40	10				
12	$6\frac{2}{7}$ *Digit.*	4388	11	44	6	11	44	9	11	47	17				
13	7 *Digit.*	4690	11	46	28	11	46	30	11	49	39				
14	$8\frac{5}{8}$ *Digit.*	5464	12	4	19	12	4	30	12	7	58				
15	9 *& paulò plus.*	5590	12	7	14	12	7	0	12	10	1				
16	$9\frac{3}{8}$ *Digit.*	5735	12	10	35	12	10	30	12	13	20				

Phaſes creſcentes Eclipſis Solaris an. 1652.

Magnitudo Eclipſeos.

Phaſes Decreſcentes.

Ordo Phaſ.	Phaſium Digiti Ecliptici.	Vibrationes perpendiculi.	Verum atq; genuinū temp. ex vibrationibus perp. deductum.			Tempus, ſecundùm exquiſitū ſciatericum horizontale.			Tempora ſecūdùm horologium ambulatorium.			Altitudines Cētri Solaris.	Accuratum Tempus, ex Altitudinibus ☉ erutum.		
			Hor.	Min.	Sec.	Hor.	Min.	Sec.	Hor.	Min.	Sec.	Gr. Min.	Hor.	Min.	Sec.
17	$9\frac{1}{7}$ *Digit.*	5816	12	12	27	12	12	0	12	15	0				
18	$8\frac{1}{4}$ *Digit.*	6392	12	25	47	12	26	0	12	29	0				
		6482	12	27	51	12	28	0	12	31	0				
19	$7\frac{7}{8}$ *Digit.*	6488	12	28	0	12	28	30	12	31	21				
20	$6\frac{2}{3}$ *Digit.*	6883	12	37	8	12	37	0	12	40	0				
21	$6\frac{1}{4}$ *Digit.*	7103	12	40	18	12	40	0	12	43	22				
22	$4\frac{3}{4}$ *Digit.*	7402	12	49	8	12	49	0	12	53	0				
	$4\frac{1}{4}$ *Digit.*	7494	12	51	6	12	51	0	12	54	31				
23	$4\frac{1}{5}$ *Digit.*	7558	12	52	45	12	52	30	12	56	11				
24	1 *Circ.*	8444	1	13	15	1	12	30	1	16	40				
25	$\frac{3}{4}$ *Digit.*	8514	1	14	51	1	15	0	1	19	21				
26	$\frac{3}{8}$ *Digit.*	8575	1	16	17	1	16	30	1	20	45				

Phasium Digiti Ecliptici.	*Vibrationes perpendiculi.*	*Verum atq; genuinũ temp. ex vibrationibus perp. deductum.*	*Tempus, secundùm exquisitũ sciatericum horizontale.*	*Tempora secũdùm horologium ambulatorium.*	*Altitudines Centri Solaris.*	*Accuratum Tempus, ex altitudinibus ⊙ erutum.*
		Hor. Min. Sec.	*Hor. Min. Sec.*	*Hor. Min. Sec.*	*Gr. Min*	*Hor. Min. Sec.*
Finis Eclipseos.						
Finis.	8694	1 19 02	1 19 0	1 23 0		
	9096	1 28 19	1 29 0	1 33 0	39 50	1 29 22
	9244	1 31 45	1 32 0	1 36 5	39 32	1 33 29
	9454	1 36 36	1 37 0	1 41 0	39 10	1 38 19
	10664	2 4 35	2 5 0	2 8 47		
			2 19 30	2 23 20		
			2 21 0	2 24 52		
				2 25 47	35 13	2 22 5
	11461	2 23 0	2 23 0	2 27 0	35 3	2 23 39
			2 24 0	2 28 0		
				2 29 0	34 44	2 25 14
			2 29 0		34 37	2 28 10
				2 32 30	34 27	2 29 16
			2 33 0		34 9	2 32 0
			2 36 0		33 50	2 35 0
				4 48 15	17 4	4 45 9
				4 50 15	16 50	4 46 51
			4 49 0	4 53 0		
			4 57 0	5 1 0		
			5 3 0	5 6 45	14 30	5 3 4
			5 6 0	5 10 20		

Animadvertenda.

Cùm cœlum, ab ipso diluculo matutino, nubibus undíque ita esset obductum, ut horologium artificiale, tam singula minuta secunda, quàm dena tertia accuratè commonstrans, neque ad altitudines Solares, neque ad Sciatericum dirigi atq; corrigi posse, ulla spes superesset; consultum esse duximus, horâ statim 10, tum majoris evidentiæ gratiâ, tum ut eò certiùs constaret, quot earum horam adimplerent integram, perpendiculi annotare vibrationes. Animadversum autem sic fuit, tam ex Sciaterico nostro singula minuta indicante, atque ad lineam meridianam fideliter applicato, quàm ex altitudinibus Solaribus, 2595 oscillationes conficere horam integram, & $43\frac{1}{4}$ minutum primum; tot planè scilicet, quot ante biennium, circa Eclipsin Solarem, in simili temporis intervallo ejusdem perpendiculi ope deprehendimus.

Quot oscillationes in hac observatione horam confecerint integram.

Instante igitur initio Eclipseos, præter ferè omnem spem, Sol adspectu suo nos exhilaravit admodùm; sic ut horâ 11 secundùm Horologium ambulatorium, & Sciatericum, & Vibrationes perpendiculi, exquisitè simul conjungere atq; conferre facultas daretur, Sole interim tum temporis prorsùs existente puro, & à Lunâ illæso. Post initium verò, quod accuratissimè annotatum, Sol iterum sub nubibus aliquantulùm delituit; quanquam postmodùm per intervalla satis temporis nobis concessum fuerit multas diversissimasq; (attestante observationis iconismo) & quidem beneficio limatioris Telescopii, in camerâ obscuratâ, per Machinam, in Selenographiâ nostrâ pag. 98 descriptam, ritè & fideliter annotare.

Quòd autem in ipso Eclipseos principio altitudines Solares non fuerint à nobis

Deliquium Solare, observatum,

GEDANI.

Anno æræ Christianæ 1652, Die 8 Aprilis, circa merid.



Phases Crescentes.

Hor. 12. 10½. | Hor. 12. 6. | Hor. 11. 56. | Hor. 11. 46½. | Hor. 11. 40. | Hor. 11. 33. | Hor. 11. 27. | Hor. 11. 23.



Phases Decrescentes

Hor. 1. 6. | Hor. 1. 0. | Hor. 12. 54. | Hor. 12. 48. | Hor. 12. 42. | Hor. 12. 35. | Hor. 12. 27. | Hor. 12. 17.



Fig. I.

Observator Sculpsit.



nobis captæ, causſa hæc eſt: quòd in tali Solis circa meridiem ſitu, parùm iis admodùm ſit fidendum. Quocirca altitudines circa exordium rejecimus, usque dum Sol à meridiano moveretur longiùs; atque tum demum aliquot fuerunt notatæ, ad majorem ſcilicet obſervationis fidem. Quæ omnes, ut cum ſciaterico & perpendiculi reciprocationibus quàm optimè conveniunt; ſic ſimul cum ſciaterico & oſcillationibus indicant, in quantùm horologium noſtrũ mechanicum, tam circa initium, quàm finem, à vero aberraverit tempore; ob quam tamen deviationem horologium iſtud non eſt planè contemnendum. Inde namque verum atque exactum tempus, æque ut ex ſciaterico & altitudinibus, exceſſu tantùm, vel defectu probè attento, elicitur: imò, denegatis interdum, ob cœlũ ſubnubilum, altitudinibus, & interruptâ adulteratâq; Solis in ſciaterico umbrâ, ejuſmodi automata in obſervationibus cœleſtibus ſummoperè ſunt neceſſaria.

Cæterùm nolui omninò circa phaſes delineandas, (ut ut plerumque iſtud fieri ſolet) non tantùm integros eligere digitos, ſemidigitosque; ſed quaſcunq; deſignavi, quæ ſe ſe commodè offerebant, & quas tutò, & exquiſitè acquirere me poſſe prævidebam, ſpretis reliquis omnibus. Quippe ob leve etiam impedimentum, & ob motum Solis velociſſimum, hæc vel illa phaſis, licet maximè eam attendamus, facilè nonnunquam præterlabitur.

Phaſes quâ ratione delineatæ.

Adhæc phaſes ipſas, in adjectâ figurâ I, aliter planè, quàm in Obſervatione Anno 1649 habitâ, nimirùm cum ipſis inclinationibus, uti in Tabellâ camerâque obſcuratâ ſunt obſervatæ, omnes tamen ſub uno eodemque perpendiculo, depinximus. Proinde conſtat, Solem circa initium in 77 gradu à puncto Nadir, Africum versùs, horâ ſcilicet 11 3′ 21″ fuiſſe obſcuratum; atque circa 25 circiter gradum à puncto Zenith, Aquilonem versùs, horâ videlicet 1 19′ 0″ deſiiſſe obſcurari. Medium verò, ſive maxima obſcuratio hujus deliquii, incidit circa phaſin noſtram 16, horâ ſcilicet 12 10′ 35″, id quod pariter ex diverſiſſimis faciebus inter ſe collatis ſatis certè patet. Vera itaque ejus magnitudo $9\frac{3}{8}$ digitorum, ſive 9 digit. & 23′ hîc Dantiſci exſtitit. Ratio autem ſemidiametrorum Solis & Lunæ inventa fuit hâc vice, ut 1000 ad 1033 circit.

Magnitudo Eclipſeos.

Quomodo præterea in Eclipſeos progreſſu phaſium cornua ſe ſe præbuerint conſpicienda, & quem limbi gradum in omni poſitu tetigerint, ipſum Schema deliquii cuique haud currente oculo id perluſtraturo, ſufficienter oſtendet. Quò verò adhuc clariùs hanc Eclipſin ponerem ob oculos, operæ duxi precium, præcipuas etiam phaſes, tam creſcentes, quàm decreſcentes, cum earum inclinationibus, ex majori Schemate deductas, & ad integros digitos proportionatas, in formâ repræſentare minori; id quod nemini forſitan accidet ingratum.

Inclinatio Cornuum.

Eclipſis Lunæ Partialis
GEDANI
Anno æræ Chriſtianæ 1652, die 17 Septembris ſt. n. obſervata.

Ordo Phasium.	Phases Lunæ Telescopio observatæ.	Vibrationes perpendiculi.	Veru atq; genuinu tẽpus, ex vibrationibus deductũ. Hor. Min. Sec.	Altitudines. Gr. Min.	Tempora ex altitudinibus eruta. Hor. Min. Sec.	Horologium artificiale. Hor. Min. Sec.
				☉ 17 30 oc.	4 8 16	4 8 0
Eclipsis Lunæ anno 1652.				☉ 17 12 oc.	4 10 19	4 10 0
		1		☉ 6 55½ oc.	5 23 12	5 22 0
		190	5 28 5	☉ 6 16 oc.	5 27 38	5 27 3
		261	5 29 57	☉ 6 3 oc.	5 29 18	5 28 53
		324	5 31 34	☉ 5 50 oc.	5 31 52	5 30 22
		411	5 33 43	☉ 5 37 oc.	5 32 56	5 31 34
		497	5 36 42	☉ 5 12 oc.	5 35 14	5 34 44
		1490	6 1 27			6 0 0
		2404	6 24 50			6 22 0
		3003	6 40 12			6 37 0
		3794	7 0 30			
		3928	7 3 57			7 0 15
		4829	7 27 4			7 22 20
1	9½ *Dig. & paulò plùs.*	4997	7 31 19			7 25 30
2	10 *Dig. & paulò plus.*	5125	7 34 36			7 29 34
		7254	8 29 12			8 22 4
3	6¾ *Digit.*	7303	8 30 27			8 23 16
4	5¼ *Digit.*	7675	8 40 3	*Altitudo Lucidæ*		8 33 40
5	4½ *Digit.*	7813	8 43 20	*Coronæ Boreal.*		8 36 6
		7923	8 46 21	✶ 29 53 ⌒	8 46 32	8 39 52
6	3¾ *Digit.*	7971	8 47 36			8 40 9
7	3 *Digit.*	8148	8 52 9			8 44 37
8	2⅛ *Digit.*	8322	8 56 37			8 49 3
9	1½ *& paulò ampl.*	8434	8 59 28			8 51 57
10	1 *Dig. ferè*	8604	9 3 9			8 55 14
11	¾ *Digit.*	8650	9 5 4			8 57 14
12	½ *& paulò plùs.*	8700	9 6 17			8 58 26
Finis Eclipseos.		8785	9 8 28			9 0 34
13	*Finis.*	8816	9 9 15			9 1 14
	Penumbra admodum notabilis.	8868	9 10 37			9 2 24
		8955	9 12 40			9 4 35
	Penumbra dilutior.	9046	9 15 12			9 6 40
	Adhuc paulò dilutior.					
	Dilutissimæ penumbræ vestigium.	9166	9 18 15	*Altitudo limbi superioris.*		9 9 4
		9326	9 22 20			9 13 20
	Finis penumbræ.	9621	9 29 55	☽ 24 49 or.	9 31 0	9 20 52
				Alt. limbi superior		
		9667	9 31 6	☽ 25 21 or.		9 22 0
		9733	9 32 48	*Aquilæ*		9 23 42
		10100	9 42 12	✶ 38 33 occ.	9 42′ 45″	9 33 10

Eclipsis Lunæ Partialis
GEDANI
Anno æræ Christianæ 1652, *die* 17 *Septembris st. n. observata.*

Animadvertenda.

More nostro, etiam in præsenti Eclipseos Lunaris observatione, ad tempus eò accuratiùs eruendum, cùm Oscillationibus Altitudinibusque, tum horologio artificiali

Deliquium Lunæ, observatum
GEDANI,
Anno Christi, 1652, Die 17 Septemb. hor. p.



Fig. **K.**

Autor Sculp.



tificiali & naturali innixi ſumus. Verùm longiùs aliquantò, graviusque perpendiculum, quàm in Obſervatione Eclipſeos Solaris Anno 1652 habitâ, fuit adornatum: quorum vibrationes, debitâ factâ inquiſitione, 2340 horam integram, ac 39 unicum minutum primum (ultimo præſertim reciprocationum num. 10100 altitudinibusque, nec non Sciaterico accuratè id comprobantibus) conficiebant. Solis quod attinet altitudines, minori ſesquicubitali Quadrante; reliquæ verò ſubſequentes, inſigni atque eximio noſtro Quadrante Azimuthali Orichalcico, quinque pedum quoad radium & amplius magno, tam ſingula minuta, quàm dena ſecunda accuratè commonſtrante, peractæ ſunt. Erat quidem animus plures diverſasque, durante Eclipſi, Stellarum inveſtigandi altitudines; ſed ob denſiſſimas nubes, quæ inprimis circa initium cœlum undiq; obſidebant, neutiquam id fuit conceſſum. Hinc; etiam phaſes pleræque creſcentes, exceptis duabus circa ferè mediam obſcurationem, minimè notari potuerunt; nec decreſcentes omnes, ob rariores intercurrentes nubeculas licuit; ſed aliquæ tantummodò, à Monte circiter Ætnâ incipiendo, usque ad finem ipſum, Schemate K id commonſtrante, ſunt delineatæ.

Quot vibrationes unicum minutum primum confecerint.

Ordo Phaſium.	Per quas Maculas tranſiverint umbræ ſectiones.
1	*Per Montem Eoum, Deſertum Zin, Taurum, Petram Sogdianam atque Sinum inferiorem Maris Caſpii, propè Montem Sinai.*
2	*Per Montem Eoum, M. Annæ, M. Seir & Parapomiſum tegens Montem Sinai.*
3	*Per Montem Baroniſum, Inſ. Ficariam, M. Aerios, Lacum ſuperiorem Herculeum, Sinum Tarantinum. M. Sypilum, M. Sogdianos & Parapomiſum, paulò ſupra M. Ætnam.*
4	*Supra Sinum Apollinis, Per Promont. Circæium, M. Pangæum, M. Lipulum, M. Moſchum, Lacum Thoſpitis, propè Inſ. Corſicam.*
5	*Per Lacum nigrum majorem, Lacum Tranſimenum, Inſ. Besbicam, M. Horminium, Sinum extremum Ponti Euxini, Montemque Neroſum. Sectio ſanè valdè notabilis.*
6	*Per Lacum nigrum minorem, propè Byzantium, M. Caucaſum ſuperiorem & M. Tancon.*
7	*Per M. Sarmaticos, M. Serrorum, Mont. Herculis atque infra Inſ. majorem Maris Caſpii.*
8	*Per M. Ambenum, L. Boryſthenem, Inſ. Macram Pal. Bycedis, Sinum Caucaſium, Promont. Herculis atque ſupra Inſ. majorem Maris Caſpii.*
9	*Per Lacum Hyperboreum ſuperiorem, M. Macrocemnium, M. Cimmerium, & M. Coracis.*
10	*Per medium Paludis Mæotidis & M. Sanctum.*
11	*Per Promontorium Agarum, Palud. Mœotidem, Montesque Riphæos.*
12	*Per Montes Riphæos, atque extremam partem occident. Palud. Mœotidis.*
13	Finis circa 321 gradum limbi, in 72 ſcilicet gradu. à puncto ſuperiori lineæ perpendicularis Nonageſimi, occaſum versùs, propè Montem Alaunum contigit: quo tempore Lacus niger major, Monsq; Ætna, prout iconiſmi refert facies, culminabant.

Sectiones Phaſium.

Finis quâ parte limbi acciderit.

Anno 1652.

Menſ. Dies ſt. n.	*Temp. ſecund. horol. ambul. Hor Min. Sec*	Obſervationes Meridianæ Solis & Fixarum.	*Altitudines.* Gr. Min. Sec.	*Azimuth.* Gr. Min. Sec.	*Quo Inſtrumento.*
Octob. 4	*Veſp.*	*Altitudo Meridiana Aquilæ*	43 38 0		*Quad. Azim. M.*
12		*Altitudo Meridiana Solis*	27 58 10		
12	7 0 0	*Altitudo Meridiana Aquilæ*	43 38 15		
18	6 0 0	*Altitudo Meridiana Aquilæ*	43 38 15		
Octob. 27		*Altitudo Meridiana Solis*	23 34 0		*Quad. Azim. M.*
30		*Altitudo Meridiana Solis*	21 35 0		
30	11 0 *veſp*	*Altitudo Palilicii*	44 4 40	45 27 *oriēt*	
		Eadem altitudo	44 45 0	43 22 0	

Altitudines Meridianæ Solares.

Anno 1652.

Mens. Dies ſt. n.	Temp. ſecund. horol. ambul. Hor Min. Sec	Obſervationes Meridianæ Solis & Fixarum.	Altitudines. Gr. Min. Sec.	Azimuth. Gr. Min. Sec.	Quo Inſtrumento.
		denuò capta	45 22 0	42 6 0	Quad. Azim. M.
Novemb. 1		Altitudo Meridiana Solis	20 56 20		
1	10 30 veſp.	Altitudo Stellæ Polaris maximæ	56 55 20		
2		Altitudo Meridiana Solis	20 37 40		
Novemb. 2	10 0 veſp.	Altitudo Stellæ Polaris maximæ	56 55 15		Quad. Azim. M.
4		Altitudo Meridiana Solis	20 1 0		
5	10 0 veſp.	Altitudo Stellæ Polaris maximæ	56 55 20		
26		Altitudo Meridiana Solis	14 32 20		
Nov. 27	9 0 veſp.	Altitudo Stellæ Polaris maximæ	56 55 20		Quad. Azim. M.
29	8 30 veſp.	Altit. eadē Stellæ Polaris maxim.	56 55 20		
30		Altitudo Meridiana Solis	13 51 45		
Decemb. 3	8 0 veſp.	Altitudo Stellæ Polaris maximæ	56 55 25		
Decemb. 0		Altitudo Meridiana Solis	13 3 30		Quad. Azim. M.
7		Altitudo Meridana Solis	12 57 0		
8		Altitudo Meridiana Solis	12 51 0	Diamet. ⊙	
16		Altitudo Meridiana Solis	12 18 7½	0 34 0	

Altitudo Meridiana Stellæ Polaris maximæ.

Altitudines Canis Minoris, cum Azimuthis, pro determinandis refractionibus, Anno 1652, die 16 Decemb.

Mens. Dies ſt. n.	Temp. ſec. hor. ambul. Hor. M. Sec	Obſervationes Fixarum.	Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. Min. Sec.	Quo Inſtrumento.
Decēb. 16	Veſperi.	Altitudo Canis Minoris ſeu Procyonis	9 41 30	87 13 0	Quad. M. Azim.
		Eadem altitudo	10 26 45	85 52 0	
		denuò capta	11 0 30	85 13 0	
			11 41 0	83 53 0	
Decēb. 16		Altitudo Canis Minoris	12 16 0	83 30 0	Quad. M. Azim.
			12 45 45	82 47 0	
			13 18 0	82 1 0	
			13 57 45	81 0 0	
Decēb. 16		Altitudo Canis Minoris	14 50 45	79 43 0	Quad. M. Azim
			15 23 15	78 55 0	
			16 32 0	77 13 0	
			17 15 45	76 3 0	
Decēb. 16		Altitudo Canis Minoris.	17 52 15	75 16 0	Quad. M. Azim.
			18 31 20	74 12 0	
			19 20 0	73 12 0	
			19 34 0	72 31 0	
Dec. 16		Altitudo Canis Minoris	20 12 0	71 36 0	Quad. M. Azim.
			21 15 45	69 40 0	
			21 44 0	69 1 0	
			22 13 10	68 11 0	
Dec. 16		Altitudo Canis Minoris	22 40 20	67 28 0	Quad. M. Azim
			23 10 30	66 40 0	
	10 38 30		29 21 30	55 2 0	
	10 43 40		29 51 0	53 59 0	
Dec. 16	10 46 50	Altitudo Canis Minoris	30 18 0	53 3 0	Quad. M. Azim.
	10 49 30		30 38 5	52 13 0	
	10 53 30		31 3 20	51 20 0	
Dec. 17		Altitudo Meridiana Solis	12 16 15	Deameter Solis in circul. altitud. 34′ 0″	Quad. M. Azim.
19		Altitudo Meridiana Solis	12 13 30		
20		Altitudo Meridiana Solis	12 12 45		

Magnitudo Solaris diametri apparentis.

Anno 1652.

Mens.	Dies	Temp. hor. ambul. Hor. M Sec	Observationes Quarundam Stellarum Fixarum, pro Refractionibus Gedanensibus determinandis.	Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Decẽb.	20	6 38 0	*Altitudo Palilicii*	33 3 0	69 35 0	*Quad. M. Azim.*
		6 44 40	*Eadem altitudo*	33 54 0	68 6 0	
		6 48 45	*Rursùs pro corrig. temp.*	34 25 30	67 8 0	
Decẽb.	20	7 7 15	*Altitudo Canis minoris pro refract.*	3 0 0		*Quad. M. Azim.*
		7 15 40		4 12 0		
		7 29 30		6 12 0	102 8 0	
Decẽb.	20	7 34 40	*Altitudo Canis minoris pro refract.*	6 56 0	101 7 0	*Quad. M. Azim.*
		7 47 15		8 40 15	92 28 0	
		7 54 40		9 38 0		
		7 59 15		10 30 0		
Decẽb.	20	8 3 15	*Altitudo Palilicii pro corrig. temp.*	43 39 0		*Quad. M. Azim.*
Dec.	20	8 6 10	*Altitudo Canis minoris pro refract.*	11 28 0		*Quad. M. Azim.*
		8 13 0		12 23 20		
		8 18 0		13 10 10	82 10 0	
		8 22 0		13 46 30	81 18 0	
Dec.	20	8 29 45	*Altitudo Canis minoris pro refract.*	14 52 30	79 42 0	*Quad. M. Azim.*
		8 33 30		15 21 0	79 0 0	
		8 41 45		16 27 30	77 21 0	
		8 49 50		17 40 0	75 32 0	
		8 55 15		18 26 45	74 22 0	

Dec.	20	Temp. hor. ambul. Hor. M. Sec	Observationes Fixarum pro inveniendis Refractionibus.	Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. Min Sec.	Quo Instrumento.
Dec.	20	8 58 0	*Altitudo Palilicii pro corrig. temp.*	36 27 15		*Quad. M. Azim.*
		9 0 45	*Altitudo Canis Minoris pro Refract.*	19 16 15	73 3 0	
		9 6 50		19 52 0	72 7 0	
		9 12 25		20 49 0	70 35 0	
Dec.	20	9 20 0	*Altitudo Canis Minoris pro Refract.*	21 48 0	68 54 0	*Quad. M. Azim.*
		9 24 0		22 25 30	67 52 0	
		9 28 25		22 59 30	66 33 0	
Dec.	20	9 31 0	*Altitudo Canis Majoris seu Syrii*	9 53 0		*Quad. M. Azim.*
		9 37 0	*pro Refract.*	10 23 0	42 10 0	
		9 39 50		10 41 45	41 36 0	
		9 45 10		11 14 45	40 22 0	
Dec.	20	9 51 50	*Altitudo Syrii pro Refract.*	11 54 0	39 41 0	*Quad. M. Azim.*
		10 1 40		12 46 10		
		10 6 15		13 8 0	35 26 0	
		10 11 25		13 33 30	34 10 0	
Dec.	20	10 24 50	*Altitudo Canis Minoris, seu Procyo-*	30 13 0		*Quad. M. Azim.*
		10 27 0	*nis pro Refract.*	30 30 30		
		10 31 0		30 57 0		
Dec.	20		*Altitudo Meridiana Palilicii*	51 25 0	*circ. tantùm.*	*Quad. M. Azim.*
Decẽb.	21	*Solstitium*	*Altitudo Meridiana Solis*	12 12 45	*Diamet. ☉* 34′ 0″	*Quad. M. Azim.*

Nunc quidem Ordo exigeret, ut sequentium annorum Altitudines Solis Meridianas, quæ singulis ferè diebus, quotiescunque Sol clarus affulsit, observatæ sunt, hîc apponeremus; sed satiùs esse duxi, omnes & singulas, ab anno 1652 conjunctim in librum sequentem Tertium hujus Machinæ nostræ Cœlestis, *Altitudines Solis Meridianæ subsequentium annorum, in Librum III Machinæ Cœlestis reservantur.*

lestis, cum reliquorum Planetarum omnium, secundùm annorum seriem, observationibus reservare. Atque ideò relictis iis, ad Cometæ Observationes, qui hoc anno 1652 Mense Decemb. prodiit, me confero.

Observationes Cometæ GEDANI

Anno 1652, à die 20 Decemb. ad diem 8 Januarii usq; anno 1653 habitæ.

Prior Cometæ Observatio. Die 20 Decemb. horâ ferè dimidia septima Cometa in Orione emicuit, & primùm quidem ad pedem sinistrum Orionis caudam extendens, per stellulam duarum aliarum sequentem (quæ ob corporis parvitatem, & Cometæ vicinitatem non spectabatur) & stellulam supra pedem Orionis in Eridano, supremam cinguli circiter versùs. Atque tum Triangulum ferè æquilaterum, cum Regel & dicta stella supra pedem Orionis constituebat. Distantia autem inter Cometam, & Regel, radio inventa fuit $3^{\circ}\ 7'$ inter Cometam & Stellam $3^{\circ}\ 25'$: & inter ipsas fixas distantia extitit $3^{\circ}\ 33'$.

Posterior Cometæ Observatio. At horâ 9 52', Cometa jam paullò altiorem occupaverat locum, hinc vicinior illa parvula Stella luculenter etiam affulgebat. Cauda verò adhuc per Stellam pedis Orionis in Eridano, usq; ferè Stellam in ensis manubrio, mediam cinguli versùs transibat: quo tempore Cometa triangulum non ampliùs æquilaterum, sed æquicrurum referebat.

Cometæ Observatio II.

Anno 1652, die 23 Decembr. St. n. vesp. peracta.

Mes. D. St. n.	*Tempus sec. hor. artif.* Hor. M. Sec	Observationes Cometæ.	*Distantiæ & Altitudines.* Gr. M. Sec.	*Azimutha Fixarum & Cometæ.* Gr. Min.	*Tempus ex altitudinib. correctum.* Hor. M. Sec	*Animadvertenda.*
Dec. 23	5 37 50	*Altitudo Palilicii*	27 31 0	78 26 Or.	5 46 21	*Cœlum hac die nubibus vexabatur frequentibus, ut pro voto Observationes peragere haud potuerimus; nihilominus tamen aliquot, sed summo labore extorsimus. Quòd si cœlum omninò arrisisset, profectò multò plures acquisitæ fuissent observationes.*
23	5 43 0	*Altitud. Cometæ*	32 43 0		5 51 33	
23	7 13 0	*Altitud. Cometæ*	44 28 0	48 19 Or.	7 22 7	
23	9 20 0	*Distant. Comet. à Palil.*	7 0 0	*Radio*	9 29 51	
Dec. 23	9 38 30	*Altit. Hum. dext. Orion.*	39 5 40	31 25 Or.	9 47 46	
23	9 43 30	*Dist. Comet. Palil.*	6 55 0	*dub. Sext.*	9 53 30	
23	9 51 0	*Dist. Com. à dext. hum.*	28 22 0	*Sext.*	10 1 0	
Diameter Cometæ quanta fuerit. 23	9 54 0	*Altit. Regel (Orion.*	26 24 0		10 4 20	*Hor 11 15 min. Linea rectâ à Cometa Aldebaran usque, inter duas Stellulas incedere videbatur.*
Dec. 23	9 58 0	*Altitud. Regel*	26 32 45		10 9 45	
23	10 5 0				10 15 0	
23	10 11 0	*Dist. Com. à Cornu B. ♂*	20 27 0	*Sext.*	10 21 0	*Eodē tempore, diameter Cometæ, Quadrante Azimuthali magno, diversis vicibus observata fuit 26 vel 25 min.*
23	10 17 15	*Eadem distantia*	20 27 30	*Sext.*	10 27 15	
Dec. 23	10 19 45	*Eadem dist. denuò capta*	20 28 15	*Sextant.*	10 29 45	*Et quanquā Cometa hucusq; multùm decreverat, tā quoad caput, ejusq; lumen, quàm caudam: nihilo tamen minùs adhuc valdè erat conspicuus.*
Color Cometæ. 23	10 25 0	*Dist. Comet. à Regel.*			10 35 0	
23	10 28 0	*Distant. Comet. à Regel*	31 38 0	*Sext. dub.*	10 38 0	
23	10 31 45	*Altitud. Procyon.*	33 23 45	45 31 Or.	10 41 44	
Dec. 23	10 47 20	*Altitud. Cometæ*	50 43 15	31 20 Oc.	10 57 20	*Color Capitis erat pallidus, & lividâ albedine obsitus: Cauda autem 5 circiter erat grad: quàm Oculum Boreum Tauri versùs porrigebat, satis tamen obscurum livorem, & debile lumen præ se ferens.*
23	11 18 0	*Altitud. Cometæ*	48 4 45	42 14 Occ	11 28 0	
23	11 23 30	*Altitud. Palilicii*	47 34 0	33 25 Occ	11 35 24	

Come-

Cometæ Obſervatio II.

Anno 1652, die 24 Decembr. St. n. manè peracta.

Mẽſ. D. ſt. n. manè	Tempus ſec. horol. artif. Hor M. Sec.	Obſervationes Cometæ.	Diſtantiæ & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimutha Fixarum & Cometæ. Gr. Min.	Tempus ex altitudinib. correctum. Hor M. Sec.	Animadvertenda.
Dec. 24	12 0 20	Altitudo Aldebaran.	44 24 0	44 31 Occ.	12 8 51	
24	1 17 0	Altitudo Cometæ	33 36 0	75 9 Occ.	1 27 30	
24	1 33 45	Altitudo Cometæ	30 53 0	79 55 Occ.	1 44 15	

Obſervatio Cometæ III.

Anno 1652, die 26 Decembris St. n. peracta veſp.

Dec. 26	8 43 45	Altitudo Palilicii	48 7 0	Or.	8 26 52	
26	8 53 15	Alt. Hum. dext. Orionis	33 38 45	48 12 Or.	8 36 7	Horâ circiter 6 veſpertinâ, Cometa lineam ferè rectam cùm duabus fixis in pede Perſei referebat; nõ omninò tamen æquali ſpatio ab invicem removebatur. Dum enim Cometa accuratiùs nudo oculo obſervabatur, centro ſuo minus $\frac{1}{5}$ à Calcaneo, quàm Stellæ ab invicem, diſtabat: ſic ut diſtantia inter Cometã & Calcaneum circiter 1 gr. 45 min., datâ intercapedine Calcanei, & ſequent. ſiniſtr. pedis Perſei 2 gr. 10 minut. æſtimaretur.
26	9 5 0	Alt. Hum. dext. Orionis	34 55 15			
26		Diſt. Com. à Corn. B. ♉	24 11 0	Sextant.	8 48 10	
Dec. 26	9 16 45	Altit. Hum. dext. Orion.	36 10 0		9 0 34	
26		Diſt. Comet. à Palilicio	21 32 0	Sextant.		
26	9 20 0	Diſt. Comet. à Palilicio	21 32 0	Sextant.	9 3 49	
26	9 31 0	Altit ſiniſt. hum. Orion.	38 34 0	dub.	9 14 56	
26		Diſt. Com. à Lucida ♈	21 29 0	Sextant.		
Dec. 26	10 3 45	Altit. ſiniſt. hum. Orion.	39 56 45	27 52 Or.	9 46 15	
26	10 31 0	Diſtant. Comet. à Palilic.	21 32 0	Sextant.	10 13 30	
26	11 3 30	Altitudo Procyonis	35 13 0		10 46 47	
26	11 7 15	Eadem altitudo	35 31 45	39 28 Or.	10 50 6	
Dec. 26	11 18 0	Diſt Comet. à Palilicio	21 45 0	Radio dub.	11 0 30	Horâ 8, jam Cometa paulò altior, reſpectu duarum ſtatarum Stellarum videbatur; ſed ob nimiam Cometæ altitudinem, & ob intercurrentes nubeculas, altitudines ejus & Azimutha obſervare haud potuimus.
26	11 27 0	Diſt. Comet. à Lucid. ♈	21 35 0	Radio dub.	11 9 30	
26	11 33 0	Altitudo Procyonis	37 41 0	dub.	11 15 21	
26	11 38 0	Diſt. Comet. à Capellâ	23 22 0	Radio dub.	11 20 25	
Dec. 26	11 45 0				11 27 25	
26	11 47 0	Diſt. C. à Plejad. anteced.	9 57 0	Radio	11 29 25	
26	11 56 0	Altitud. Cometæ	52 36 30	71 22 Oc.	11 78 22	Corpus Cometæ aliquantò minus apparuit; attamẽ diameter ejus adminiculo Magni Quadrantis, adhuc extitit 24 minutorum, id quod ſibi vix quiſquam perſuadebit.
26			764 part.	umb. verſæ.		
Dec. 26		Altit. Meridiana Regel	27 0 10			

Cauda ejus aliquantò brevior, ad duas iſtas in pede Perſei Stellulas circiter, ſeu potiùs $\frac{1}{3}$ grad. ſupra eas ferebatur, horâ ſcilicet 9 50 minut.

Cometæ Obſervatio IV.

Anno 1652, die 27 Decembr. St. n. habita manè.

Dec. 27	12 2 30	Altitudo Cometæ	51 36 15	73 11 Occ	11 44 48	Cœlo undiq; ſereno, Cometa adhuc caudatus apparuit; ſed tenuiſſimam caudam $1\frac{1}{2}$ gr. circ. longã habens. Caput ejus paulò quidem pallidius; ſed conſpicuæ erat magnitudinis. Hâc die nullam (tempore enim deſtitutus) feci delineationem; ſed ſereniate ſic invitante, Cometã Teleſcopio 12 pedum longitudine ſum contemplatus: cujusnã autem fuerit figuræ, & quid memoratu dignum
27			792 part.	umb. verſa.		
27	12 6 0	Diſt. Com. à Corn. B. ♉	24 35 0	Radio	11 48 0	
27	12 8 15	Altitudo Cometæ	50 44 0	74 54 Occ	11 50 31	
27			817 $\frac{1}{2}$ part	umb. verſa.		
Dec. 27	1 6 0	Altitudo Cometæ	42 40 30	87 52 Oc.	12 48 15	
27			922 Umb	recta.		
27	1 13 30	Altitudo Cometæ	41 27 0	89 37 Oc.	12 55 45	
27			883 $\frac{1}{2}$ Umb	recta.		
Dec. 27	1 26 0	Altitudo Cometæ	39 53 30	91 54 Oc.	1 8 15	
27			836 Umb.	recta.		
27	1 42 30	Altitudo Cometæ	37 27 0	96 19 Oc.	1 24 45	
27			766 Umb	recta.		
Dec. 27	1 48 0	Diſtant. Com. à Pleiad.	10 9 0	Rad. dub.	1 30 0	
27	1 58 0	Diſt. Com. à Capellâ	23 23 0	Rad.	1 40 0	
27	2 0 0	Diſt. Comet. à Palilicio	21 58 0	Rad. dub.	1 42 0	

Cometæ Obſervatio IV.

Anno 1652, die 27 Decembr. St. n. habita manè.

Mẽſ. D. ſt. n.	Tempus ſec. horol. artif. Hor. M. Sec	Obſervationes Cometæ.	Diſtantiæ & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimutha Cometæ & Fixarum. Gr. Min.	Tempus ex altitudinib. correctum. Hor. M. Sec	Animadvertenda.
Dec. 27	2 2 0	Altitudo Palilicii	31 6 0	72 42 Occ	1 42 26	in eo exiterit, Libro IV
27	2 5 0	Diſt. Com. à Corn. B. ♉	24 58 0	Radio dub.	1 46 0	Cometograph. ubi de ejꝰ
27	2 25 0	Diſt. Comet. à Palilicio	22 5 30	Sextant.	2 6 0	Corporis figurâ in ſpe-
27	2 29 0	Diſt. Com. à Corn. B. ♉	24 35 45	Sextant.	2 10 0	cie quædam in medium
Dec. 27	2 37 15	Altit. hum. dext. Orion.	29 39 0	57 4 Occ	2 19 44	protulimus, fuſiùs dictum, atq; ejus genuina exhibita eſt facies.

Cometæ Obſervatio V.

Anno 1652, die 27 Decembris St. n. peracta.

Dec. 27	4 59 30	Altitudo Palilicii	22 24 0	86 0 Or.	4 53 12	Cometa quidẽ, quoad
27	5 5 0	Altitudo Palilicii	23 8 0	84 52 Or.	4 58 15	magnitudinem, motum
27	5 14 0	Altitudo Palilicii	24 8 0	83 38 Or.	5 7 5	atq; lumẽ decreſcebat;
		Comet. & Palilicium ſub				manebat tamen ſatis
27	5 18 0	eodẽ circulo verticali.			5 11 5	conſpicuus. Caudâ au-
Dec. 27	5 21 0	Altitudo Cometæ	49 51 0	80 39 Or.	5 14 5	tem 4 gr. circit. lon-
27	5 26 0	Altitudo Cometæ	50 26 30	79 58 Or.	5 19 1	gam, inter crus ſini-
27	5 31 0	Altitudo Cometæ	51 16 0	78 55 Or.	5 23 58	ſtrum, & binas in pede
27	5 40 45	Altitudo Cometæ	52 24 0	77 0 Or.	5 33 39	Perſei dirigebat. Qui
Dec. 27	5 42 12	Diſt. Comet. & Capellæ	22 48 0	Sextant.	5 35 6	locus 28° 30′ longit.
27	5 45 16	Diſt. Cometæ à Palilicio	24 16 30	Sextant.	5 38 10	& 14° 0′ Latit., quã-
27	5 47 0	Altitudo Cometæ	53 33 30	75 14 Or.	5 40 48	tum dijudicare dabatur, ſubjacet.
27	5 53 33	Diſt. Cometæ à lucidâ ♈	21 27 30	Sextant.	5 46 27	
Dec. 27	5 57 30	Altitudo Cometæ	55 6 0	72 19 Or.	5 50 9	
27	6 47 30	Altit. hum. dext. Orion.	19 20 30		6 39 44	
27	6 49 45	Eadem altitudo	19 41 0	74 35 Or.	6 42 9	
27	6 54 0	Eadem altitudo	20 18 0		6 46 38	
Dec. 27	11 34 0	Altitudo Palilicii	46 49 45	36 24 Oc.	11 25 20	
27	11 37 45	Altitudo Palilicii	46 30 30	37 27 Oc.	11 29 1	
27	11 45 0				11 36 16	
27	11 53 15	Altitudo Cometæ	51 52 40	79 36 Oc.	11 44 31	

Cometæ Obſervatio VI.

Anno 1652, die 28 Decemb. St. n. manè habita.

Dec. 28	12 1 15	Altitudo Cometæ	50 34 10	81 37 Oc.	11 52 31	Nubes obſervationes
28	12 22 30	Altitudo Cometæ	47 31 40	86 25 Oc.	12 13 46	nonnunquam interpel-
28	1 10 0	Diſt. Com. à Cornu B. ♉	26 33 30	Sextant.	1 1 15	larunt, ut pauciores tã-
28	1 34 0	Altit. hum. ſiniſt. Orionis	30 55 0	51 10 Oc.	1 25 5	tùm diſtantiæ captæ
Dec. 28	1 40 0	Diſtant. Com. à Palilicio	25 23 0	Radio	1 31 10	fuerint.
28	1 43 0	Diſt. Comet. à Palilicio	25 23 0	Sextant.	1 34 10	Veſperi Cometã qui-
28	1 53 0	Diſt. Comet. à Capellâ	22 52 0	Sextant.	1 44 10	dem nudo viſu conſpe-
28	1 57 0	Altit. hum. dext. Orion.	32 47 45		1 48 9	ximus; ſed ob cœlum
Dec. 28	1 59 0	Eadem altitudo	32 35 45		1 49 56	continuè nubilum, nihil
28	2 2 0	Diſt. Com. à Plej. antec.	13 25 0	Radio.	1 53 9	quicquam de eo inſtru-
						mentis obſervatum eſt,
						præter altitudo Palilicii
						28° 34′ 45″, ejuſque azimuth.

Cometæ Obſervatio VII.

Anno 1652, die 29 Decembr. St. n. mane habita.

Mẽſ. D. ſt. n.	Tempus ſec. horol. artif. Hor. M. Sec	Obſervationes Cometæ.	Diſtantiæ & Altitudines. Gr. M. Sec	Azimutha Cometæ & Fixarum. Gr. Min.	Tempus ex altitudinib. correctum. Hor. M. Sec	Animadvertenda.
Dec. 29	4 9 0	Altitudo Cometæ	18 9 15	49 28 S. Oc	3 50 52	Cometa in hac obſervatione, ob craſſiorem aërem, admodùm extitit debilis: hincq; non omnes obſervationes eâ diligentiâ, quâ par fuit, ex cœlo depromere conceſsũ fuit. Quin etiam, quòd tum temporis Cometa in decliviori ſitu fuerit conſtitutus, atq; adeò obſcurus & pallidus extiterit, ut ipſe vix ac ne vix, cauda verò minimè cerneretur.
29	4 14 0	Eadem altitudo	17 22 0	48 33 S. Oc	3 55 52	
29	4 21 40	Altitudo Capellæ	36 59 0	Occid.	4 3 31	
29	4 24 0	Diſt. Com. à Corn. B. ♉	28 30 0	Radio	4 5 50	
Dec. 29	4 29 0	Diſt. Comet. à Capellâ	22 46 0	Sextant.	4 10 50	
29	4 46 30	Altitudo Cometæ Sed dubia ob luminis debilitatem.	14 26 0	44 23 S. Oc	4 28 50	
29	4 53 0	Altitudo Capellæ	32 58 0	Occid.	4 35 52	
29	4 58 15	Eadem altitudo	32 11 0		4 40 4	
Dec. 29	5 6 0	Altitudo Cometæ Aliquantò certior.	12 7 0	39 28 S. Oc	4 47 49	
29	5 13 15	Altitudo Capellæ	30 37 45		4 55 32	
29	5 29 0	Diſt. Com. à Ped. Perſei.	10 23 0	ſed dub.	5 10 49	

Diſtantiæ, exceptâ unicâ, Radio tantummodò minori ſunt obſervatæ: quantum verò iis ſit tribuendum, Calculus docuit. Ventus ab Auſtro tum flabat, intenſumq; erat frigus. Conſtituebat autem Cometa eo tempore, cum duabus in Capite Meduſæ, Triangulum circiter rectangulum; atq; cum clarâ Meduſæ, & illâ majori in pede Perſei, lineam ferè rectam.

Cometæ Obſervatio VIII.

Anno 1652, die 29 Decembr. St. n. veſp. habita.

HOrâ circa 12 noct. Cometa nudo quidem viſu propè Lucidam in Capite Meduſæ à me deprehenſus eſt: & quantum conjicere licuit, 25 circ. minut. Auſtrum verſus ab eâ diſtitit. Curſum quaſi ſupra eam dirigebat; ita tamen, ac ſi eam ſtringere voluiſſet. Colore admodùm erat pallidus, decreveratque quoad caput notabiliter, nec cauda ejus apparuit; puto tamen ob aerem haud ſatis defæcatum, & intercurrentes nubeculas id potiſsimùm factum fuiſse. Ideoq; etiam inſtrumentis nullo prorsùs modo obſervari potuit.

Cometæ Obſervatio IX.

Anno 1652, die Lunæ, 30 Decembr. St. n. peracta

Dec. 30	5 38 0	Diſt. Comet. à Palilicio	31 45 30	Sextant.	5 29 37	Caput Cometæ multùm erat imminutum, lumenq; ejus debiliſsimum, ſic ut difficulter per pinnacidia obſervaretur; nihilo tamen minus & cauda apparuit, ſed brevior; ut in Schemate hujus Obſervationis patet; quam ad ſiniſtrũ genu Perſei circiter dirigebat. Altitudines & Azimutha hujus Cometæ, ob nimiam ejus elevationem inſtrumentis haud potuerunt notari.
30	5 32 30	Altitudo Palilicii	29 45 45		5 31 7	
		Diſt. Comet. à Palilicio	31 44 30	Sextant.		
30	6 19 0	Diſt. Com. à Cornu B. ♉	31 4 0	Sextant.	6 10 30	
Dec. 30	6 34 0				6 25 30	
30	6 50 30	Diſt. Comet. à Capellâ	23 27 0	Sextant.	6 41 50	
30	6 55 0	Altitudo Cornu B. ♉	43 26 30	Orient.	6 46 6	
30		Diſt. Comet. à Palilicio	31 42 0	Radio.		
Dec. 30	7 0 0				6 51 10	
30	7 3 15	Altitudo Palilicii	40 43 30	54 10M Or.	6 54 29	
30	7 6 35	Eadem altitudo.	41 4 0	53 22M. Or	6 57 24	
	9 0 0	Diſt. ab anteced. Plejad.	19 54 0	Radio	8 50 49	

Cometæ Obſervatio X.

Anno 1652, die Martis, 31 Decembr. St. n. habita.

Mẽſ. D. ſt. n.	Tempus ſec. horol. artif. Hor. M. Sec	Obſervationes Cometæ.	Diſtantia & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimutha Cometæ & Fixarum. Gr. Min.	Tempus ex altitudinib. correctum. Hor. M. Sec	Animadvertenda.
Dec. 31	3 35 0	Altitudo Procyonis	31 11 45	50 47 M.Oc	3 25 35	Cœlum quidem prorsùs extitit ſerenum; ſed ob decliviorem Cometæ ſitum, admodùm videbatur pallidus, caudamq; hâc vice haud animadvertimus. Per inſtrumẽta etiam difficilis erat obſervatu; extititque minor, quàm hactenus. A Lucidâ Meduſæ, & brachio Perſei, æquali ſpatio, horâ ſcilicet 4 50′ removebatur.
31	3 39 30	Altitudo Procyonis'	30 38 45	52 2 M.Oc	3 28 52	
31	3 48 0	Altitudo Cometæ	20 26 45	46 55 S.Oc.	3 37 26	
31	3 55 0	Altitudo Cometæ	19 44 0	45 56 S.Oc.	3 44 24	
Dec. 31	4 0 0	Diſt. Comet. à Capellâ	23 30 0	Radio	3 49 22	
31	4 4 0	Diſt. Com. à Cornu B. ♉	31 28 0	Radio.	3 53 20	
31	4 18 0	Diſt. Comet. à Capellâ	23 24 30	Sextant.	4 7 18	
31	4 26 0	Diſt. Com. à Cornu B. ♉	31 25 0	Sextant.	4 15 16	
Dec. 31	4 29 30	Altitudo Capellæ	33 58 0	57 17 S.Oc.	4 18 43	
31	4 38 15	Altitudo Cometæ	15 41 30	38 7 S.Oc.	4 27 22	
31	4 44 0	Altitudo Capellæ	32 15 30	55 12 S.Oc.	4 33 0	
31	6 50 0	Altitudo Veneris	13 13 5	34 56 Or.		
Dec. 31		Diſt. ♀ à Spica ♍	37 40 0			
31	6 55 0	Diſt. ♀ à ♂	30 25 0			
31	7 4 0	Diſtant. ♀ ab Arcturo	44 57 0			

Cometæ Obſervatio XI.

Anno 1653, die Mercurii, 1 Januarii St. n. manè habita.

Jan. 1	2 11 30	Altitudo Palilicii	25 16 0	Occid.	2 1 30	Cœlo perquàm ſereno hæc peracta eſt obſervatio; Cometa aliquantò lucidior, quàm heſternâ die eſt deprehenſus; cauda etiam vicisſim alluxit, perbrevis tamen & adeò tenuis, ut vix in oculos incurreret. Cæterùm hora 2 30′ Cometa cum brachio & latere Perſei, in rectâ videbatur lineâ: cum brachio verò & clara Meduſæ triangulũ circiter rectangulum referebat. Ratio diſtantiarum à fixis erat dupla.
1	2 15 0	Altitudo Palilicii	24 42 40	Occid.	2 5 3	
1	2 25 40	Altitudo Cometæ	30 14 0	57 58 S.Oc.	2 15 40	
1	2 30 45	Altitudo Cometæ	29 29 45	56 50 S. Oc.	2 20 43	
Jan. 1	2 35 0	Altitudo Cometæ	28 58 0	56 3 S.Oc.	2 24 55	
1	2 38 15	Altitudo Palilicii	21 22 10		2 28 6	
1	2 44 30	Diſt. Comet. à Palilicio	34 5 0	Sextant.	2 34 20	
1	3 3 0	Diſt. Com. à Cornu B. ♉	32 45 30	Sextant.	2 52 49	
Jan. 1	3 14 0	Diſt. Comet. à Capellâ	23 54 0	Sextant.	3 3 48	
1	3 26 0	Diſt. Com à flex. ad Coxas Caſſiop.	24 46 0	Sextant.	3 15 47	
1	3 29 0	Altit. hum. dext. Orion.	18 41 45	Occid.	3 19 6	
1	3 32 10	Eadem altitudo	18 8 0	Occid.	3 23 4	
Jan. 1	3 36 0	Altitudo Cometæ	21 57 0	46 10 S Oc.	3 26 0	
1		Diſt. Comet. à Palilicio	34 0 0	Radio dub.		
1	3 50 0	Diſt. Com. à Cornu B. ♉	32 48 0	Rad. ſed dub	3 40 0	
1	3 54 0	Altitudo Cometæ	20 4 30	43 9 S.Oc.	3 44 16	
Jan. 1	3 56 40	Altitudo Capellæ	37 25 10	Occid.	3 46 50	
1		Diſt. Comet. à Capellâ	23 54 0	Radio		
1	4 3 0	Diſtant. Com. à flex. ad Coxas Caſſiop.	24 41 0	Radio	3 53 0	
1	4 4 30	Altitudo Capellæ	36 26 0		3 54 36	


Cursus Cometæ 1652, à Die 20 Decemb. ad 8 Januar.
observatus GEDANI, à J. Hevelio.
Auriga.
Perseus.
Januar.
Triangulum.
Taurus.
Aries.
26 Decemb.
Ecliptica.
Orion.
Comet.
Æquator.
Orbita
Cetus.
20 Decemb.
Eridanus.
Lepus.
Fig. L.
Autor sculpsit.

Cometæ Obſervatio XII.

Anno 1653, die Jovis, 2 Januarii St. n. veſp. habita.

Mẽſ. D. ſt. n.	Tempus ſec. horol. artif. Hor M. Sec.	Obſervationes. Cometæ.	Diſtantiæ & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimutha Cometæ & Fixarum. Gr. Min.	Tempus ex altitudinib. correctum. Hor M. Sec	Animadvertenda.
Jan. 2	5 45 15	*Altitudo Palilicii*	33 4 0	*Orient.*	5 41 37	*Etiamſi cœlum initiò*
2	5 47 0	*Eadem altitudo*	33 19 0	*Orient.*	5 43 36	*ſatis defæcatum extite-*
2	5 56 0	*Diſt. Com. à Luc. lat. Perſ*	6 27 0	*Radio*	5 53 30	*rit; nihilominus tamen*
2	6 11 0	*Diſt. Com. à luc. Meduſæ*	4 52 0	*Radio*	6 7 30	*Cometa, ob debile lumẽ,*
Jan. 2	6 20 0				6 16 30	*corporis parvitatem,*
2	6 31 0	*Diſt. C. à genu ſiniſt. Perſ*	12 31 0	*Radio*	6 27 30	*aëriſque turbulentiam,*
2	6 58 0	*Diſt. Comet. à Capellâ*	24 22 0	*Radio*	6 54 30	*Sextante obſervari ne-*
2	7 4 30	*Altitudo Cornu B. ♉*	47 22 0	*Orient.*	7 0 46	*quivit; ſed Radio tan-*
Jan. 2	7 7 0	*Eadem altitudo.*	47 46 15	70 45 M. Or.	7 3 39	*tùm captæ ſunt diſtan-* *tiæ.*

Caudam hâc vice non conſpeximus. At diameter corporis 7 vel 8 æſtimata fuit minutorum; ſic ut inſignem præ ſe ferret magnitudinem, ſed ratione debiliſſimi luminis, parùm erat conſpicuus.

Cum clarâ Meduſæ, & humero Perſei, rectam ferè conſtituebat lineam.

Cometæ Obſervatio XIII.

Anno 1653, die Veneris, 3 Januarii St. n. veſp. habita.

Jan. 3	6 16 0	*Altit. hum. dext. Orion.*	20 36 15	73 5 M. Or.	6 18 4	*Cœlo licet admodum*
3		*Diſt. Cometæ à Capellâ*	24 45 0	*Radio*		*ſudo, ob nimiam tamen*
3	6 39 0	*Eadem altitudo*	23 31 50		6 40 6	*Cometæ altitudinẽ la-*
3		*Diſt. Com. à luc. lat. Perſ.*	6 1 0	*Radio*		*bor erat intercapedines*
Jan. 3	6 47 0	*Diſt. Com. à lucid. Meduſ*	6 45 0	*Radio*	6 47 30	*ſcrutari Stellarum.*
3	6 50 30	*Altitudo Cornu B. ♉*	46 37 30	72 55 Or.	6 50 58	*Hinc que Radio ſolùm*
3	6 56 0	*Diſt. Com. à Cornu B. ♉*	35 15 0	*Radio*	6 56 0	*diſtantiæ fuerunt ob-*
3	7 0 0	*Diſt. Comet. à Palilicio*	37 34 0	*Rad. ſed dub*	6 59 50	*ſervatæ, & quidẽ tan-*
Jan. 3	7 18 0	*Altitudo Cornu B. ♉*	50 17 40	66 5 Or.	7 17 42	*tâ diligentiâ, quantâ i-*
3	7 59 0	*Altitudo Procyonis*	19 1 20	73 17 Or.	7 58 12	*ſto inſtrumento licuit.*
3	11 4 15	*Altitudo Palilicii*	46 2 10	39 20 Oc.	11 3 17	*Caudam vicisſim di-*
3	11 9 0	*Altitudo Palilicii*	45 37 45	40 41 Oc.	11 7 43	*lucidè cõſpeximus, quæ*

quantum dijudicare da-batur ad flexuram ſiniſtri lateris Perſei tendebat Cometa, cum lucidâ Meduſæ, & lucido latere Perſei quaſi triangulum conſtruebat æquilaterum

Cometæ Obſervatio XIV.

Anno 1653, die Saturni, 4 Januarii St. n. habita.

Jan. 4	1 55 0	*Diſt. Comet. à Palilicio*	37 57 0	*Sextant.*	1 51 24	*Poſt undecimam ve-*
4	1 57 0	*Altitudo Palilicii*	24 30 45	*Occid.*	1 53 24	*ſpertinam nubes inter-*
4	2 7 0	*Diſt. Comet. à Capellâ*	25 18 30	*Sextant.*	2 3 24	*venerunt; atque ita ob-*
4	2 13 0	*Eadem Diſtantia*	25 18 0	*Radio*	2 9 24	*ſervationi eâ vice finẽ*
Jan. 4	2 14 0	*Diſt. Comet. à Palilicio*	38 0 0	*Radio*	2 10 24	*impoſuerunt. Horâ au-*
4	2 19 0	*Altitudo Palilicii*	21 17 45	*Occid.*	2 15 24	*tem 2, cœlum iterum*
4	2 30 30	*Diſt. Comet. à flex. ad Cox. Caſſiop.*	20 48 30	*Sextant.*	2 26 54	*affulſit ſerenum, ut de-* *nuò Sextante, Cometa*
4	2 35 30	*Altitudo Capellæ*	45 39 30	*Occid.*	2 32 6	*obſervari potuerit; et-*
Jan. 4	2 42 30	*Altitudo Cometæ*	26 42 15	46 37 S. Oc	2 39 10	*iamſi non ita clarè ejus*
4	2 56 30	*Eadem altitudo*	24 57 0	45 13 S. Oc	2 53 30	*cauda, quàm veſperâ*
4	3 2 30	*Altitudo Capellæ*	41 58 30	66 46 S. Oc	2 59 6	*antecedente, apparuerit.*
4	3 7 0	*Eadem altitudo*	41 23 40	*Occid.*	2 4 11	

Cometæ Obſervatio XV.

Anno 1653, die Martis, 7 Januarii St. n. peracta.

Meſ. D. St. n.	Tempus ſec. horol. artif. Hor M. Sec.	Obſervationes Cometæ.	Diſtantiæ & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimutha Fixarum & Cometæ. Gr. Min.	Tempus ex altitudinib. correctum. Hor. M. Sec	Animadvertenda.
Jan. 7	1 31 0	Altitudo Palilicii	27 21 0	Occid.	1 20 38	Hâc die nubes ſæpiſſimè intercurrebant, ut cauda Cometæ diſtinctè haud animadverteretur. Corpus etiam admodùm videbatur exile & attenuatum; at lumen ejus valdè pallidũ, ut vix per pinnacidia, & quidem magno labore, deprehendere illud potuerim. Notandum; quòd veſperâ antecedente, Lunâ ſplendente, nullo modò Cometam, nudo viſu, aſſequi potuerimus: ratio autem potiſſima hæc erat, quòd eodem tempore adeò arctè Stellæ in humero ſiniſtro Perſei adhæreret, ut nullatenus Cometam ab illâ diſtingui daretur: die verò 7, mane, hor. circ. 3, Lunâ abſente, ſatis iterum clarè apparuit, ſed caudâ orbatus, non procul ab illa Stellâ 5 circ. minut., vel duobus quoad viſum digitis, vel integrâ Cometæ diametro, quantum conjecturâ aſſequi dabatur, ab eâ remotus.
7	1 33 0	Eadem altitudo	27 1 0	Occid.	1 22 46	
7	1 53 0	Diſt. Com. & Capellâ.	25 46 0	Radio	1 42 40	
7	2 26 15	Altit. Lucid. later. Perſ.	33 44 0	Occid.	2 15 54	
Jan. 7		Diſt. Com. à flex. ad coxas Caſſiop.	18 38 0	Radio dub.		
7	2 36 30	Com. à Luc. ped. Perſei	22 0 0	Radio	2 26 9	
7	2 40 45	Altit. hum. ſiniſt. Perſei	27 15 45	44 37 S.Oc		
Jan. 7	2 50 0	Altitudo Cometæ	25 36 0	42 8 S.Oc	2 41 0	
7	3 2 0	Altitudo Capellæ	41 1 0	65 39 S.Oc	2 53 29	
		Diſt. Com. à Stellâ Polari	39 45 0	Rad. circ.		
7	3 17 0	Diſt. Comet. à flexur. ad coxas Caſſiopeæ	18 42 0	Sextant.	3 8 0	
Jan. 7	3 25 15	Altitudo Capellæ	37 57 0	Occid.	3 16 23	
7	3 45 40	Eadem altitudo	35 22 0	58 58	3 36 44	

Cometæ Obſervatio XVI.

Die 8 Januarii manè, ob cœlum turbidum, denſisſimasque nubes Cometam continuè obvelantes, eum haud obſervare potuimus; delineatus tamen eſt: Diſtabat à ſtellâ illâ in humero ſiniſtro Perſei paulò plùs uno gradu, vel 1 grad & 10 minutis circ., quantum conjicere licuit. Erat autem admodùm exilis, ac lumine debilis, ut penè viſum effugeret: à Stellâ modò dictâ vix longiùs aberat, quàm tres illæ ab invicem in cingulo Perſei.

Veſperi verò, Lunâ ſplendente, haud conſpici Cometa potuit; tum totâ nocte ſubſequente, ob continuas tenebras, nihil planè obſervatum eſt.

Die 9 Januarii veſperi, horâ circiter 6, 7, 8, 9, Lunâ exiſtente vicisſim admodùm ſerenâ, quanquam Cometam curiosè, ſummoque ſtudio, nudis oculis quæſitum ivimus: nihilominùs tamen ne veſtigium quidem animadvertimus, ut ut optimè ſcirem, quo in loco hæreret, ac quærendus eſſet.

Cometa nudo oculo ampliùs non conſpectus.

Die verò 10 Januarii horâ matutinâ 4, 5, & 6, Lunâ jam occumbente, atque infra horizontem exiſtente, iterum Cometam animadvertendi ſummam adhibui operam; ſed fruſtrà nudo viſu quæſitus. Idcircò oculum Teleſcopio armatum ad eum direxi; quod negotium (licet non abſq; magnâ oculi defatigatione) feliciter tandem ſucceſſit. Atq; ita eum quidem adhuc deprehendi, ſed adeò corpore imminutum, & lumine debilem, ut magno negotio ſpectaretur: magnitudine tamen adhuc Stellam primi vel ſecundi honoris ferè æquabat; lumen verò multò debilius, inſtar nebuloſæ alicujus Stellulæ, apparuit.

Hinc

Hinc factum eſt, ut ægrè admodùm obſervaretur, locusq; ejus determinaretur, multò minus delineari potuerit. Secundâ vice iterum illum ſum ſcrutatus; verùm ratione declivioris ejus ſitus Septentrionalis, & exhalationum quamplurimarum, nec non Lunæ præſentis, nullo modo, ut ut omnes oculorum nervos in eum intenderim, invenire potui Cometam. Quamobrem ſeriò ſum perſuaſus, ultimò hâc die eſſe viſum; & poſtmodum à nemine ampliùs obſervatum eſſe: quemadmodùm & mihi, die 11 Januarii, nuſquam apparuit.

ANNO M DC LIII.

Menſ. Dſt. n.	Temp. ſec. horol. ambul Hor. Min.	Obſervationes Fixarum.	Altitudines. Gr.	M.	Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Inſtrumento.	
Jan. 31		Altitudo Merid. Stellæ Polaris minima	51	50	25		Quad. Azim. M.	Altitudo Meridiana tã Stellæ Polaris minima, quàm aliorum quarundã Stellarum.
Febr. 6	3 0 manè	Eadem altitudo Merid. minima	51	50	24			
	7 0 veſp.	Altitudo Meridiana Palilicii	51	23	15			
		vel ſummùm	51	23	20			
Febr. 11		Altitudo Meridiana Palilicii	51	23	15			
		vel ſummùm	51	23	20			
Febr. 18		Altitudo Merid. Rigel.	27	0	15		Quad. Azim. M.	
		Altitudo Merid Humeri ſiniſt. Orion.	41	37	10			
	7 0 veſp.	Altitudo Merid. mediæ in Cingul. Orion.	34	10	25			
		Altit. M. Inferioris in Cingul. Orion	33	27	45			
		Altitudo Merid duar. ſeq. in Eridano	30	4	0			
Febr. 20		Altitudo Merid. Eadem	30	4	0		Quad. Azim. M.	
		Altitudo Merid. Rigel.	27	0	15			
		Altitudo Merid. Humeri ſiniſt. Orion.	41	37	0			
		Altit. Merid. ſuperioris in Capit. Orion.	45	17	10			
		Altitudo Merid. mediæ Cingul. Orion.	34	10	20			
		Altitudo Merid. Sirii	19	23	0		Quad. M. Azim.	
		Altitudo Merid. Colli Canis Minoris	44	34	0			
		Altitudo Merid. Procyonis	41	42	0			
Febr. 23	7 8 veſp.	Altitudo Merid. Humeri ſiniſt. Orion.	41	37	0			
		Altitudo Merid. mediæ in cingul. Orion.	34	10	20			Altitudines Meridianæ Stellarum in Orione.
		Altitudo Merid. Infer. Cingul. Orion.	33	27	45		Quad. M. Azim.	
		Altitudo Merid. dextri ped. Orion.	25	48	0			
		Altitudo Merid. dext. Humer. Orion.	42	56	15			
		Altitudo Merid. pedis Sirii	17	51	0			
		Altitudo Merid. Sirii	19	23	0			
Febr. 24	2 0 manè.	Altitudo Merid. Stellæ Polaris minima	51	50	24	*	Quad. M. Azim.	
Febr. 26	veſp.	Altitudo M. Superioris Cingul. Orion.	35	2	0		Quad. M. Azim.	
		Altitudo M. Inferioris in enſe Orion.	29	31	10			
		Altitudo M. Infer. Cing. Orion.	33	37	40	dub.		
		Altitudo Merid. ped. dext. Orion.	25	48	0			
		Altitudo Merid. dext. Humer. Orion.	42	56	15			
Mart. 9	veſp.	Altitudo Merid. Procyonis	41	42	10		Quad. M. Azim.	
		vel	41	42	7½			
19		Altitudo M. Poſter. trium cap. Hydræ	42	52	0			Altitudines Meridianæ Stellarum in Hydra.
		Altitudo Merid. in flex. primâ Hydræ quæ ſequitur	39	22	10	dub.		
		Altitudo Merid. Cordis Hydræ	28	27	0			
		Altitudo Merid. Reguli ♌	49	17	0			
Mart. 20		Altitudo Merid. poſter. Capit. Hydræ	42	52	0		Quad. M. Azim.	
		Altitudo Merid. in primâ flex. Hydræ	39	22	10			
		Altitudo Merid. Cordis Hydræ	28	27	0	dub.		
22		Altitudo Merid. in flex. primâ Hydræ	39	21	0			
		Altitudo Merid. Cordis Hydræ	28	27	30			

ANNO MDCLIII.

	Mens. Dist. n.	Temp. sec. horol. ambul. Hor. Min.	Observationes Fixarum.	Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.
Altitud. Meridianæ Stellarum in Leone.	Mart. 27		Altitudo Merid. pedis Leonis	47 2 30	dub.	Quad. Azim. M.
			Altitudo Meridiana Cordis Hydræ	28 27 15		
			Altitudo Meridiana Reguli Leonis.	49 17 12		
			Altit. Merid. Stellæ in ♌ sub Eclipt.	46 42 40		
	Apr. 18		Altit. Merid. Stell. in flex. ped. ♌	52 57 15		
			Altitudo M. quæ sequitur flex. in ped. ♌	48 4 30		Quad. Azim. M
			Altitudo Merid. Caudæ ♌	52 9 0		
	Apr. 28		Altitudo Merid. Schedir Cassiop.	19 3 20		
			Altitudo Merid. ad Coxas Cassiop.	23 14 10		
Altitud. Meridianæ Stellarum Virginis & Aquilæ.			Altitudo Merid. Vindemiatricis ♍	48 28 0		
	Apr. 28	vesp.	Altitudo Meridiana Spicæ ♍	26 17 40		Quad. Azim. M
	Aug. 17	vesp.	Altitudo Merid. Lucidæ Aquilæ	43 38 30		
	21		Altitudo Merid. Lucidæ Aquilæ	43 38 30		
	22		Altitudo Merid. Lucidæ Aquilæ	43 38 15		
			Altitudo in sinist. manu Antinoi.	33 51 20		
			Altitudo M. in Cornu ♑ Austr. major	19 50 40		
Altit. Merid. Stellarū in Antinoo & Capricorno.	Aug. 23		Altitudo Merid. Lucidæ Aquilæ	43 38 30		Quad. M. Azim.
			Altitudo Merid. in manu sinist. Antinoi	33 51 20		
			Altitudo Merid. in Cornu ♑ Austral.	19 50 40		
	Aug. 25	vesp.	Altitudo Merid. in manu dext. Antinoi.	38 7 35		
			Altitudo Merid. in latere dext. Antinoi.	33 43 0	sed dub. obnubes.	
			Altitudo Merid. Lucidæ Aquilæ	43 38 30		
	Aug. 26		Altitudo Merid. manûs dext. Antinoi.	38 7 30		Quad. M. Azim.
			Altit. Merid. Anterioris Sagittæ Orient.	54 14 0		
			Altitudo Merid. manus sinist. Antinoi	33 51 20		
			Altitudo Merid. Cornu infer. ♑	19 51 0	ferè	
Altit. Merid. Stellarum in Aquario & Pegaso.	Oct. 12	vesp.	Altitudo Merid. in Humer. sinist. ♒	28 36 40		Quad. M. Azim.
			Altitudo Merid. Oris Pegasi	43 59 30		
			Altitudo Merid. im Hum. dext. ♒	33 42 0		
			Altitudo Merid. Capitis Pegasi	40 11 0		
			Altitudo Merid. in cubit. dext. ♒	32 34 0		
			Altit. M. in dext. manu ♒ seq. & post.	33 48 0		
	Oct. 12		Altitudo Merid. Lucid. Colli Pegasi	44 43 0		Quad. M. Azim.
			Altitudo Merid. Marcab Pegasi	49 2 0		
	Oct. 16		Altitudo Merid. in Humer. sinist. ♒	28 37 0		
			Altitudo Merid. Oris Pegasi.	43 59 30		
			Altitudo Merid. in dext Humer. ♒	33 42 0		
			Altitudo Merid. Capitis Pegasi	40 11 0		
	Oct. 16		Altitudo Merid. in Cubito dext. ♒	32 34 15		Quad. M. Azim.
			Altit. M. in dext. manu ♒ seq. & post.	33 47 45		
			Altitudo Merid. Lucidæ in collo Pegasi	44 43 15		
			Altitud. M. in effus. aquæ ♒ seq. Austr.	26 20 0		
			Altitudo Meridiana Marcab Pegasi	49 2 15		
Altit. Merid. Marcab.	Oct. 18		Altitudo Merid. Humeri sinist. ♒	28 37 0	dub.	Quad. M. Azim.
			Altitudo Merid. Oris Pegasi	43 59 30		
			Altitudo Merid. in dext. Hum. ♒	33 42 15		
			Altitudo Merid. Capitis Pegasi	40 11 0		
			Altitudo Merid. in cubito dext. ♒	32 34 30		
			Altit. M. in manu dext. ♒ Aust. præced.	33 54 45	dub.	
			Alt. M. in manu dext. ♒ seq. & post.	33 48 0		Quad. M. Azim.
			Altitudo Merid. Lucidæ in Collo Pegasi	44 43 10	circ.	
			Altit. M. in altero flex. ♒ præc. duar.	18 3 0		
			Altitudo Merid. Marcab Pegasi	49 2 30		

Anno 1653.

Mens. Dst. n.	Temp. sec. horol. ambul. Hor Min.	Observationes Fixarum.	Altitadines. Gr. Min. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.
Oct. 21	vesp.	Altit. M. in dext. man. ♒ duarũ Austr	33 54 30		Quad. M. Azim.
24	vesp.	Altitudo Merid. Fomahand (præced.	4 22 0	ferè	
		Altitudo Merid. Marcab Pegasi	49 2 0		
Nov. 26	die ☿ vesp.	Altitudo Meridiana ☽	18 11 0		Quad. M. Azim.
		Distantia ♃ à ♂	0 48 0	ferè	Sextant. Or.
		Altitudo Lyræ	52 38 0		Quad. M. Azim.
		Altitudo ♃	16 28 0	15 5 0	
Mẽs Dec		Altitudo Mer. Humeri Vrsæ Minoris.	39 56 0	dub.	

Altitudines Meridianæ.

Anno 1654 Mense Augusti, occasione subsequentis deliquii Solaris, diameter Solis à me summâ diligentiâ, Machinâ quâdam 20 ped. long. in Epistol. ad Ill. Nucerium pag. 52 de Solis defectu; nec non Lib. I. Machinæ Cœlest. descriptâ, observata est. Cujus beneficio diametrum Solis die 11 Augusti deprehendi 31′ 22″ 40‴, existente tum Solis altitudine Meridianâ 50° 53′ 20″.

Diameter Solis observata anno 1654.

Die 12 Augusti incidit magna illa, ac bene notabilis Eclipsis Solaris, quam ut pro voto observare potuissem, animitùs quidem exoptassem, magnoq; ardore & apparatu eam excepissem; uti legere est in dictâ Epistol. ad Nucerium; sed cœlum eo tempore minùs nobis hîc Gedani, quàm aliis in vicinia existentibus favit; sic ut phases vix paucissimas de eâ impetrare licuerit: sicuti sequens Observatio & animadversio ostendit.

Eclipsis Solis GEDANI

Anno à nato Christo 1654, *die* 12 *Augusti, St. n. observata.*

Ordo Phasium.	Quantitas Phasium observat.	Horolog. artificiale ex altit. perpẽd. correctum. Hor. M. Sec	Sciatericum. H. M.	Vibrationes perpẽdiculi.	Altitudo Centri Solaris. Gr. M. Sec.	Tempus ex altitudinib. erutum. Hor. M. Sec	Azimutha Solis Gr. M.	Tempus ex Azimuthis erutum. Hor. M. Sec
		8 0 0	8 0	0				
	Nihil.	8 19 3	8 19	743				
		9 0 0		2340				
	Nihil adhuc.	9 2 48	9 3	2450				
	Initium.	9 25 15		3322				
1	¼ *Digit.*	9 26 30		3371				
		9 27 10	9 27	3396				
2	1 *Digit.*	9 31 0		3548				
		9 33 50		3659				
3	2½ *Dig. & paulò plus.*	9 41 40		3964				
4	3 *Digit. ferè.*	9 42 58		4015				
5	3½ *Digit. ferè*	9 46 45		4162				
		9 47 8	9 47	4178	42 53 0	9 47 8	46 18	9 47 3
6	3¾ *Digit.*	9 48 22		4227				
7	4 *Digit.*	9 49 0		4289				

Eclipsis Solis Anni 1654 notabilis.

Eclipsis Solaris anno 1654.

Ordo Phasium.	*Quantitas Phasium observat.*	*Horologium artificiale ex altit. perpẽd. correctum.* Hor. M. Sec	*Sciatericum.* H. M.	*Vibrationes perpẽdiculi.*	*Tempus ex altitudinib. erutum.* Hor. M. Sec	*Altitudo Centri Solaris.* Gr. M. Sec.	*Azimutha Solis.* Gr. M.	*Tempus ex Azimuthis erutum.* Hor. M. Sec
8	$4\frac{3}{4}$ *Digit.*	9 54 10		4453				
9	$5\frac{1}{4}$ *& paul. ampl.*	9 59 0		4636				
10	$5\frac{1}{2}$ *Digit. ferè.*	10 0 4		4685				
11	$6\frac{3}{8}$ *Digit.*	10 5 8	10 5	4882				
		10 5 26		4893				
12	$6\frac{1}{2}$ *& paulò plus*	10 5 40		4901				
		10 34 8		6010				
		11 4 33		7200				
		11 33 45		8370				
		11 54 56		9165				
		12 5 28		9573				
		12 33 43		10674				
		1 6 0		11938				
				1	37 39 20	2 57 28	58 43	2 57 42
				254	36 51 40	3 3 52	60 22	3 4 0
				390	36 23 20	3 7 30	61 19	3 7 44
				546	35 54 0	3 11 26	62 17	3 11 32
				1150	33 56 30	3 26 56	65 56	3 26 40
				1210	33 39 0	3 28 27	66 26	3 28 0
				1326	33 16 0	3 31 26	67 8	3 31 24
				1490	32 42 15	3 35 39	68 9	3 35 36

Non nisi 12 autori licuit deprehendere Phases.

Fuerunt autem duodecim tantùm phases crescentis deliquii à nobis delineatæ, postea nihil quicquam ampliùs, de Solis facie, in conspectum nostrum venit: adeò, ut nec maxima obscuratio, nec finis fuerit deprehensus. Attamen maximo appropinquante Solis defectu, licet densissimæ nubes obstarent, ob notabiles tenebras, quæ ingruebant, maximam obscurationem optimè notare, horâ circ. 10 min. 40 potuimus. Erat, sanè, tum temporis, tristissima ac horribilis cœli facies, ac tantæ tenebræ, ut nec legere in aperto conclavi, nec Observatores nostri in automatis minuta, nec gradus in Quadrante discernere, nec ipsum perpendiculum animadvertere potuerint; planè ac eo anni tempore, horâ nonâ vespertinâ, fieri solet. Profectò apud me nullum est dubium, quin cœlo satis sereno, præcipuæ Stellæ Planetæque dilucidè admodùm conspici potuissent. In ædibus earumque cubiculis, ipsâ instare nox videbatur, nec alter alterum de facie cognoscere, nec quicquam absque accenso peragi dabatur lumine. Hincq; plebs obstupescens, hærens, quid rei contingeret ampliùs, ob repentinas tantas insolitas Meridianas tenebras, ac subitaneam illam metamorphosin. Imò, homines non solùm tacito quodam stupore sunt perculsi; sed & bruta animalia, hanc subitam cœli persensérunt mutationem: quippe gallinæ, de quibus certò mihi innotuit, quasi ipsa nox ingrueret, de areis ad habitacula confugerunt, cubitumque se contulerunt. Verùm, quemadmodùm tenebræ ortæ sunt repentinæ, sic quoque (ut fieri solet in ejusmodi Solaribus deliquiis) haud fuerunt diuturnæ. Accidit enim, ut brevissimo temporis spatio magis magisq; vicissim lucesceret; Sol tamen, ob pertinacem aëris densitatem, usque ad horam secundam pomeridianam nullibi apparuerit.

Quantæ fuerint tenebræ tempore maximæ obscurationis.

Tenebræ haud extiterunt diuturnæ.

Deinde

Eclipsis Solis observata

GEDANI.

Anno æræ Christianæ, 1654. Die 12 Augusti, circa merid.



Pisces Crescentes.



Fig. M.

Autor Sculps.



Deinde autem nubibus paulatim disſipatis, atque Sole ſereno exiſtente, denuò quasdam altitudines cum azimuthis, additis oſcillationibus, in majorem obſervationis fidem obſervavimus. Quæcunque autem toto hoc tempore annotata fuerunt, tũ Tabula præcedens obſervationis, tũ ipſa Delineatio phaſium, ordine oſtendit. In quâ notes velim, phaſes omnes ſub uno perpendiculo fuisſe depictas; atque initium circa 32 grad. à puncto Zenith occaſum versùs extitisſe: quod, quanquam illud ipſum haud nobis deprehendere obtigit, ex reliquis tamen delineatis phaſibus indubitatè derivatum eſt. Reliquæ autem phaſes, quem gradum peripheriæ eodem tempore tetigerint,& qualisnam cornuum fuerit inclinatio, Schema ſatis ſuperq; exhibet.

Phaſes ſub uno eodemq; perpendiculo ſunt notatæ.

De cætero notandum in hâc obſervatione occurrit, proportionem ſemidiametrorum Solis & Lunæ inventam eſſe, ut 1000 ad $1012\frac{364}{903}$. Quæ cùm tanta haud fuerit, ut Calculus indicavit, Soliſq; ſemidiameter aliquantò extiterit major,ſequitur neceſſariò, Eclipſin hanc vix etiam tantæ, prout Tabulæ promiſerunt, fuiſſe magnitudinis. Suſpicor itaque, ubivis locorum eam paulò fuiſſe minorem, quàm Calculus Keplerianus indigitaverit. Num verò rectè? aliorum Obſervationes docebunt.

Ratio ſemidiametrorum Solis & Lunæ.

Quò autem Aſtronomicarum rerum ſcrutatores, de Solis diametro à nobis obſervatâ,eò certiores eſſe poſſint; en ecce adhuc aliam obſervationem, die 13 Auguſti, primâ nempe die ſtatim poſt Solis defectum, ſummâ curâ atq; diligentiâ, circa meridiem adminiſtratam. Et quidem eâdem planè ratione, ut die 11 Auguſti,eâdemque machinâ p. 52 deſcriptâ; niſi quòd duobus foraminibus tum temporis uſus fuerim: alterum erat $4\frac{1}{2}$ partium, videlicet iſtud, quod die 11 inter multa elegeram; alterum verò paulò majus, 5 nimirùm part. Illud, vicisſim ſemidiametrum Solaris baſeos lucidæ, multoties obſervatione iteratâ, $43\frac{1}{2}$ part. qualium diſtantia tabellarum erat 19995, referebat: hincq; eadem etiam omninò prodiit ſemidiameter Solis apparens 15 min. $41\frac{1}{3}$ ſec. Hoc verò, quod 5 part. conſtabat, ſemidiametrum baſis Solis lucidæ 94 part. exhibebat; à quâ ſubductâ foraminis ſemidiametro $2\frac{1}{2}$, remanet correcta $91\frac{1}{2}$; atque ita ſemidiameter Solis apparens provenit 15′ 43″; $1\frac{2}{3}$ ſecundis nempe major, quàm per antecedens foramen. Quæ differentia,quamvis nullius ſit momenti, nihilominùs tamen priorem obſervationem (quia iſtud foramen ex parte clariùs, puriusq; Limbum Solis repræſentat) præfero poſteriori; imò aliis omnibus, uti ſuprà jam diximus,ſive ſint majora,ſive minora. Id quod itidem ex ſequenti obſervatione, eâdem die 13 ſimul adminiſtratâ, rem ut eò accuratiùs explorarem, luculenter eſt videre. Quippe, per foramen 7 part. in eâdem dictâ diſtantiâ, Baſis Solis Lucidæ ſemidiameter deprehendebatur $94\frac{1}{2}$ part.; ab hâc verò ſubtracto foraminis radio $3\frac{1}{2}$ part. provenit correcta 91, & per conſequens, calculo debitè facto, apparens Solis Semidiameter 15′ 39″; $2\frac{1}{3}$ ſcilicet major priore.

Diameter Solis denuò obſervata.

Num foramen 7 part. ejusdem exhibuerit magnitudinis diametrum.

Die 26 Auguſti denuò diametrum Solis ſcrutatus ſum, planè eo modo ac $4\frac{1}{2}$ partium foramine amplo, ut antea: deprehendi autem, obſervatione duodecies omni diligentiâ iteratâ, ſemidiametrum baſis lucidæ Solaris tum eſſe $94\frac{1}{2}$ part. qualium ſcilicet tabellarum diſtantia eſt 19995: hinc ſubtracto foraminis radio $2\frac{1}{4}$, remanet correcta $92\frac{1}{4}$ part. atque ſic calculo peracto provenit

apparens Solis Semidiameter 15′ 52″ : ut ut Tabulæ Rudolph. tantùm 15′ 6″ eam exhibeant, nempe 46″ minorem.

Eclipsis Lunæ 1654.

Die 27 Augusti vesp. Eclipsis Lunaris feliciori successu, quam prior illa Solaris observata est; quanquàm post meridiem spes admodùm tenuis affulgebat; ex insperato tamen horâ 10 47′ vesp. serenum Austroafricum versùs affulsit Cœlum, ita ut Aquila primùm conspecta ac observata, brevi etiam pòst ipsa Luna ex nubibus, Euronotum versùs, prodierit; sed densissimis jam adulterata penumbris: inde statim ipsum initium horâ scilicet 11 16′ 29″ subsequutum est. Id quod à parte Lunæ inferiore, circa gradum 43 à puncto Nadir Ortum versùs, clarè admodùm, exquisitorum Telescopiorum ope conspeximus. Deinde reliquas phases, cœlo annuente, tam crescentes, quàm decrescentes, quotquot occurrebant notabiles, summo studio, notatis simul Aquilæ altitudinibus & Azimuthis, nec non Oscillationibus & Horologiis, prout Typus, Tabellaq; observationis subsequens testatur, delineavimus. Artis quidem laborisq; erat haud exigui, dictas phasium ritè describere sectiones: quippe eæ, quæ in parte Lunæ Australi, infra nimirùm Montem Sinai accidunt, utpote in ejusmodi partialibus Eclipsibus, tum ob rarissimas, tempore nimirùm Plenilunii, & maximâ ex parte splendidissimas, vel potiùs livescentes ibidem maculas, tum ob sectionum brevitatem, vix tria puncta, ut ut sis lynceus, earumq; rerum exercitatissimus, omni tempore notari queunt.

Quomodo phases Lunæ deliquii, absq; ullo aberrādi periculo sint delineandæ.

Novâ igitur planè ratione eas delineare aggressus sum: ita quidem, ut cum quibus maculis utraque cuspis cujusque phaseos, lineam constitueret rectam, optimè notarem; itemque quam simul maculam, parte quâdam intermediâ, attingeret. Quibus animadversis, nullo sanè negotio, accuratè ac tutò datum est, eas describere omnes; exempli gratiâ: Phaseos secundæ cuspis dextra, cum Monte Sinai, & Insulâ Rhodo; sinistra verò, cum Mari Mortuo, & Insulâ Didymâ, lineam omninò constituebant rectam; at parte intermediâ Lacum transibat Meridionalem. Et sic reliquas omnes determinavi: velut Tabula observatoria luculenter commmonstrat.

Maximus Lunæ defectus quantus extiterit.

Cæterùm, maximam Obscurationem quod attinet, illa haud extitit tanta, quanta esse juxta calculum Kepl. debuisset. Vix enim ad medietatem M. Sinai, hoc est ad duos & $\frac{1}{4}$ dig. pervenit: cùm Calculus maximum defectum usq; Montem Horeb & Libanum, nempe ad tres extenderit digitos. Præterea nec initium, nec duratio hujus observationis cum calculo consentit; inprimis verò finis ultra 30 discrepat min. Qui error, cùm sit haud leviusculus, idcirco meretur certè, ut rectè indagetur ab omnibus. Videtur autem, meâ opinione, Tabulas semidiametrum umbræ nimis exhibuisse magnam: quod primùm nostræ, per tria puncta descriptæ phases, ad unam comprobant omnes. Deinde etiam novâ prorsùs infallibili methodo, ex maximâ Lunæ obscuratione, quando in latitudine nihil desideratur, id ipsum demonstratur; ejusq; beneficio rectè concluditur, quanta reverà, ut observationi omnimodè respondeat, semidiameter umbræ præsupponi debeat.

Tabulæ à scopo aberravere.

Ex ipsâ observatione, veram umbræ magnitudinem indagare.

Primò, sit Tibi ad manus archetypus Lunaris, seu figura quædam primaria Phasium & Lunationum, in quâ phases omnes, vel saltem maxima obscuratio, cum ejus initio & fine, tam juxta Calculum, quem examinare lubet, quàm

Obser-

obſervationem ipſam, ſint notatæ ; eâ videlicet ratione, quam tradidi in Epiſtolâ pag. 43, ad Rev. Ricciolum ſcriptâ. Secundò, ſit etiam præſtò charta illa ampla, in quâ umbra, cum Lunæ orbitâ, nec non ex umbræ centro perpendiculari ductâ ad orbitam, locum ſcilicet maximæ obſcurationis, debitâ proportione eſt delineata. In hanc, dico, lineam, archetypum, tum ſecundùm calculum, tum obſervationem, maximo defectu notatum, conſtitue ; ita tamen, ut centrum ejus orbitæ Lunæ præcisè inhæreat : ſicq; animadvertes, peripheriam quidem umbræ maximam obſcurationem juxta calculum rectè monſtrare ; ſed multò majorem,ut in hoc noſtro exemplo eſt obſervata. Proinde circino diſtantiam illam, inter centrum umbræ, & punctum illud maximi defectus, M. videlicet Ætnam, ex obſervatione in archetypo delineatum inveſtiga, & habebis, mediante circino proportionum, ut Peritis conſtat, veram ſemidiametri umbræ magnitudinem, ſimulq; inter obſervatam, & ſupputatam differentiam.

Sed, res ut fiat clarior, Schemate obſervationi noſtræ accommodato dilucidabimus. In figurâ inferiori iconiſmi N, ſit C A B Ecliptica, A centrum umbræ, juxta Calculum Kepl. cujus radius eſt 46′ 37″; S T orbita Lunæ, ſecundùm Lunæ latitudinem, tum circa Eclipſeos initium 51′ 34″, tum circa finem 57′ 27″ deſcripta ; A f perpendicularis, locum maximæ obſcurationis indicans. Collocato autem in f archetypo Lunari, patet clariſſimè, maximum defectum per Montem Paropamiſum, M. Armeniæ, M. Fortem, M. Hor, M. Sinopium, & M. Pharan tranſire, adeò ut ad tres integros perveniat digitos. At Obſervata noſtra ſi reſpiciamus, eadem ſectio Montes tantùm Coibacaranos, M. Calchaſtan, Centrum M. Sinai, ſuperiores partes M. Annæ, M. Lion Montemq; transgreditur Troicum ; nec quantitate duos & $\frac{1}{4}$ digit. excedit. Ex eo rectè concludimus, umbræ ſemidiametrum A m fuiſſe reverâ minorem ; 44 nempe min. & $22\frac{1}{2}$ ſec. *Schematiſmo declaratur.*

Cùm igitur ex calculo umbra major ſit, quàm ex obſervatione ; utiq; & durationem multò majorem calculus exhibuit. Nam Lunâ perveniente centro ſuo ad i, jam initium in q, ſecundùm Tabulas ingruit ; & finis in p, Lunâ conſtitutâ in k, accidit. Eſt ergò i k arcus Orbitæ, quem Lunâ emetiri debuit toto Eclipſeos tempore : qui arcus $58\frac{1}{2}$ conſtat minutis, reſpectu ſemid. umbræ 46′ 37″ & Lunæ 15′ 37″. Motus autem horarius Lunæ à Sole tantùm 32′ 15″ eo tempore invenitur : ideoque ad percurrendum ſpatium i k, ſive totam durationem 59, neceſſe, ut Luna integram habeat horam & 50′: & tantam ferè durationem etiam indicat Calculus, nimirùm 1 Hor. $48\frac{1}{2}'$. Verùm in Eclipſi noſtrâ tota duratio,obſervatione atteſtante,non niſi extitit Hor. 1 min. 24 : quapropter inveſtigandum erit, num pariter ex noſtrâ ſuppoſitâ, tum revera minori ſemid. inventâ, duratio minor, ac inſuper tanta, quanta fuerit deprehenſa in cœlo, prodeat. Quare, peripheriâ umbræ, ejus radio 44′ $22\frac{1}{2}''$ A m, deſcriptâ, animadvertimus Lunam, priusquam peripheriâ ſuâ, circa initium, umbram in n ſtringat,centro ſuo ad g pervenire ; circa finem verò centro ſuo ad h tantùm pertingere, ut o punctum peripheriâ tangat : adeò, ut ſuppoſitâ hac noſtrâ minori umbrâ, Luna ſolùm arcum g h 49′, loco i k 59′, emetiri habeat : inde tota duratio ex noſtro Schemate, Calculo ex motu Lunæ à Sole horario 32′ 15″ facto,provenit Hor. 1. min. 31. Quæ duratio,obſervatæ nempe *Datâ majorâ umbrâ, etiam major datur duratio.*

nempe Hor. 1 min. 24 satis præcisè respondet; exceptis paucissimis aliquot minutis, quæ in tali parvo typo, tum quòd etiam ob densissimam & amplissimam penumbram, in determinatione initii & finis, & sic totæ obscurationis, circa unum aut alterum minutum facile fallamur, meritò condonantur. Quod si verò semid. umbræ paulò minor asumatur, 44 sc. min. rejectis illis 22", tum h g 47 tantùm existit minutorum; & sic per consequens tota duratio exhibetur 1 hor. 25": quæ Observationi profectò omnimodè satisfacit.

Defectus Lunæ Partialis, observatus

GEDANI

Anno Christi 1654, *inter diem* 27 *&* 28 *Augusti, st. n.*

Ordo Phasium.	*Phases Lunæ Tuboscopicis observatæ.*	*Tempus ex altitudinibus & vibrationib. correctis Hor. M. Sec*	*Oscillationes perpendiculi*	*Altitudines Aquilæ. Gr. M. Sec*	*Tempus ex Altitudinib. Aquilæ erutum. Hor. M. Sec*	*Azimutha Aquilæ. Gr. Min.*	*Tempus ex Azimuthis erutum. Hor. M. Sec*	*Horologium artificiale. Hor. M. Sec*
		10 47 27	684	39 32 30	10 47 27			10 43 30
		11 4 0	1330					11 0 0
		11 8 19	1503	37 45 50	11 8 19			11 4 28
		11 10 48	1439	37 33 10	11 10 48			11 6 56
	Densissima penumbra.	11 15 24	1772					11 11 30
	Initium.	11 16 29	1811					11 12 37
1	$\frac{1}{4}$ *Digit. & paulò plùs.*	11 17 52	1865					11 14 0
2	$\frac{5}{8}$ *Digit.*	11 20 22	1963					11 16 30
3	$\frac{7}{8}$ *Digit.*	11 23 17	2076					11 19 25
4	$1\frac{1}{8}$ *Digit.*	11 27 52	2254					11 24 0
5	$1\frac{3}{8}$ *Digit.*	11 31 50	2411	35 29 0	11 31 40			11 27 58
6	$1\frac{1}{4}$ *Digit.*	11 38 22	2671					11 34 30
7	$1\frac{7}{8}$ *Digit.*	11 43 42	2876	34 12 0	11 43 42			11 39 49
8	$2\frac{1}{8}$ *Digit. Maxima obscur.*	11 52 40	3224					11 48 12
		11 56 50	3376	32 42 10	11 57 2	52 11 *Oc.*	11 56 52	11 52 0
9	*Paulò minor.*	12 4 42	3539					12 0 0
10	2 *Digit. & paulò amplius.*	12 9 40	3888					12 5 0
11	$1\frac{7}{8}$ *Digit.*	12 14 0	4051					12 9 10
12	$1\frac{5}{8}$ *Digit.*	12 18 19	4221	30 10 0	12 18 19			12 13 40
13	$1\frac{3}{8}$ *Digit.*	12 24 59	4480	29 20 15	12 24 59	59 15 *Oc.*	12 24 48	12 19 40
14	1 *Digit.*	12 31 0	4718					12 25 10
15	$\frac{5}{8}$ *Digit.*	12 35 0	4870	28 3 0	12 35 49			12 30 0
16	$\frac{1}{4}$ *Digit. & paulò plus.*	12 37 30	4968					12 31 20
	Finis.	12 40 28	5087	27 21 45	12 40 28	63 2 *Oc.*	12 40 27	12 35 10
	Penumbra densissima.	12 41 31	5128					12 36 20
	Penumbra satis densa.	12 43 40	5212					12 38 40
	Penumbra paul. dilutior.	12 46 0	5302					12 41 0
	Penumbra dilutissima.	12 49 13	5441	26 13 0	12 49 13	65 13 *Oc.*	12 49 32	12 44 20
	Adhuc vestig. penumb. apparuit.	12 55 39	5680	*Altitudo*				12 50 0
	Finis penumbræ.	12 58 36	5795	*Jovis Merid*				12 53 0
		1 0 50	5881	30 22 45				12 55 30
		1 11 12	6287					1 5 52
		1 15 20	6448					1 10 0

Defectus

Eclipsis Lunæ Partialis, observata
GDAKI.
Anno à nato Christo 1654, inter Diem 27, et 28 Augusti.



Pénes Crescentes. Pénes Decrescentes.





Digiti Eclipt.
3 6 9 12.

Scala Delineationis.
10 20 30 40 50 60 70

Fig. N.

Autor Sculps.



Defectus Lunæ Partialis, obſervatus GEDANI

Anno Chriſti 1654, *inter diem* 27 *&* 28 *Auguſti, ſt. n.*

Ordo Phaſium.	*Per quas maculas tranſiverint Umbræ ſectiones.*	*Cum quibus maculis Cuſpides ſectionum in eâdem ſteterint lineâ rectâ.*	*Animadverſiones quædam notatu dignæ.*
Initium.			*Hor* 10, 45″ *Lacu niger major & Pyramis ſub eâdem exiſtebant perpendiculari.*
1	*Per Fontem Tadnos.*	*Cuſpis ſiniſtra cum Inf. Cypro & Inf. inferiore Didymâ; dextra verò cum M. Sinai & Tabor.*	*Luna cœpit obſcurari circa 43 grad. à punct. Nadir, Ortum versùs.*
2	*Per Lacum Meridionalem.*	*Cuſpis ſiniſtra cum Mari mortuo & Inf. inferiore Didymâ dextra verò cum Inf. Rhodo & M. Sinai.*	
3	*Per Montem Hajalon.*	*Cuſpis ſiniſt. cum Mari mortuo & Inf. ſup. Didymâ; dextra verò cum Inf. Lemnos, Inf. Cypro & M. Tab.*	
4	*Per Montem inferiorẽ Lion & deſertum Raphidim.*	*Cuſpis ſiniſt. cum Inf. Cyp. & Inf. Letoa; dextra verò cum Inf. Melos, Inf. Carpathes & M. Abarim*	*Inf. Cyanea & M Carpathes ſub eâdem perpendiculari.*
5	*Per M. Techiſandam, M. Annæ, & partem ſuperiorem Montis Lion.*	*Cuſp. ſiniſt. cum Inf. Lesbos, Inf. Creta & Palud. Arabiæ; dextra verò cum tribus M. Libani & Phœn.*	
6	*Per M Dalangueros, & inferiorem partem Deſerti Zin.*	*Cuſp. ſiniſt. planè eodem in loco adhuc hærebat; dextra verò cum M. Sipylo, M. Cydiſio & Armeniæ.*	*Umbra deſertum Zin ſtringebat.*
7	*Per M. Seir., ad radices Montis Sinai, & ſuperiorẽ partẽ Mont. Annæ.*	*Cuſp. ſiniſt. ferè ibidem adhuc, ubi antea; dextra verò cum M. Maſicyto, M Cydiſio & Armeniæ.*	*M. Sinai tegi incipiebat. Maxima ferè obſcurat.*
8	*Per M. Coibacaranos, M. Calchaſtã, centrum M. Sinai, inter M. Horeb & Annæ.*	*Cuſp. ſiniſt. cum Inf. Lesbos & Inf. Letoâ; dextra verò cum medio Horminii & M. medio Moſchi.*	*Umbra ad centrũ uſque Sinai pervenit; ſic ut dimidia pars ejusdẽ M. obumbrata eſſet exiſtẽte reliquâ parte pl. luc.*
9	*Per M. ſup. Coibacaranos, M. Calchaſtan, paulò infra centrũ M. Sinai*	*Cuſp. ſiniſt. cum Mari mortuo & Inf. Didyma; dextra verò cum Inf. minori & Sinu Caſpii.*	*Decreſcebat Eclipſis.*
10	*Ad radices M. Paropamiſi & Sinai, perq; M intermedium Lion.*	*Cuſpis ſiniſtra cum Inf. Rhodo & Inf. ſup. Didymâ; dextra verò cùm M. Herculis & Caucaſo ſup.*	*Totus M. Sinai vicisſim illuſtrari incipiebat.*
11	*Per inferiorem Mont. Annæ & inf. partes Deſerti Zin.*	*Cuſp. ſiniſt. cum Inf. Rhodo & Inf. Inf. Didymâ; dextra verò ibidem adhuc degebat.*	
12	*Per M. Coibacaranos, M. Seir, ad radices M. Lion & part. Auſtral. Lac. Merid.*	*Cuſp. ſiniſt. cum Inf. Melos, Inf. Creta & Inf. ſup. Didymâ; dext. verò eodem adhuc in loco apparuit.*	*Umbra ſtringebat infer. M. Annæ.*
13	*Per M. Coibacaronos, Deſert. Raphidim & M. Hajalon.*	*Cuſp. ſiniſt. cum Mari mortuo & M. Sipylo; dextra verò cum M. Moſcho ſuperiori, & L. Thoſpitis.*	*Luna deſiit obſcurari circa 7 gr. à punct. Nadir, Occaſ. versùs.*
14	*Per M. ſup. Dalangueros, Deſert. Evila, & inferiorem M. Hajalon.*	*Cuſp. ſiniſt. cum M. medio Libani & M. Sinai; dextra verò paulò deſcenderat.*	
15	*Per Montes inf. Dalangueros, inter Techiſandam & Deſert. Evila.*	*Cuſp. ſiniſt. cum Inf. Cypro & M. Sinai; dextra verò cum M. medio Horminii & medio Moſchi.*	*Libratio ad Palud. Mœotidis, hâc die admodùm erat tenuis; contrà ad Pal. Marœotidis, valdè amplà; adhæc peripheria ☽, circa partes boreales, per P. Amadocam protendebatur.*
16	*Infra Dalangueros & M. Techiſandam.*	*Cuſp. ſiniſt. cum Mari mortuo & M. Sinai; dextra verò cum Inf. Rhodo, Inf. Cypro & medio Moſcho.*	
Finis.			

Vides ergò, quomodo ex quâlibet accuratè peractâ obſervatione, & genuinâ Eclipſeos deſcriptâ maximâ obſcuratione, correcta inveniatur ſemidiameter umbræ, & per conſequens etiam vera duratio.

Si in latitudine error lateat, quomodo id exploretur.

Sed, inquies, quid si error lateat in latitudine Lunæ? Respondeo, quòd item nullo id cognosces labore, si in archetypo punctum initii & finis, secundùm Observationem benè notes, atque istud in Lunæ Orbitâ ad umbram deducas: quod si istis ipsissimis punctis umbram stringat, ut in hoc exemplo videre est in n & o, utique nihil in latitudine corrigendum occurrit. Sin verò puncta contactus cum punctis initii & finis observatis non prorsùs coincidant, tunc error ex parte in latitudine quidem latet; sed facilè ex eâ diversitate etiam corrigitur; dummodò simul Eclipseos quantitatem, cum duratione ejus benè attenderis. Quanquam præterea, in nostro deliquio, planè tuti esse possumus de latitudine Lunæ corrigendâ: cùm diameter Solis in hac ipsâ observatione multò major fuerit deprehensa, ac illa ex calculo eruta. Etenim, quò minor est proportio corporis opaci ad luminosum, eò conus umbræ fit longior, & simul crassior; quò verò major est proportio opaci & luminosi corporis, eò conus fit brevior & arctior; per prop. 75 Lib. V. Opticor. Francisc. Aguillonii. Propterea denuò Calculum rectè ponimus, umbram planè fuisse minorem; & si imposterum ejusmodi plura occurrant exempla, umbram ex necessitate etiam esse corrigendam.

Num etiam in hâc Eclipsi latitudo vacillet.

Vmbra minor fuit, quàm putavimus.

De cætero animadvertas velim, penumbram extitisse latissimam in hac Eclipsi, & ferè ad 20 se se extendisse minuta: id quod nobis, tubis armatis, clarissimè discernere licuit. Nudo quidem oculo jurasses, adhuc ipsam Lunæ inhæsisse umbram, cùm jam dudum umbra primaria Lunam deseruisset. Ex quibus abundè elucet, quid illis obveniat, qui, spretis Telescopiis, nudo tantummodò visu, Observationes Eclipsium accuratè peragi posse, sibi imaginantur. Cæterùm quòd rectè ipse finis & initium sint determinata, ex motu reliquarum phasium, tum etiam ex illius deliquii medio, plus quàm satis cuilibet est colligere. Medium verò incidit horâ 11, minut. 58, sec. 24; sicuti ex phasibus 6 & 12, item ex 5 & 13 ejusdem scilicet magnitudinis, pariter etiam ex ipso initio & fine (horâ nempe 11, min. 58 sec. 28; 4 sec. tantùm tardiùs) id deducitur.

Quanta extiterit penumbra.

Frustra est, nudo oculo dijudicare Eclipses.

Denique, finitâ sic ex voto Eclipsi, Transitum quoque Jovis mox subsequentem per Meridianum observavi, horâ videlicet 1, min. 0, sec. 50; cujus altitudo fuit 30 grad. 22 min. 45 sec. deprehensa. Brevi etiam post, horâ 1 min. 11 sec. 12 Transitum pariter Lunæ cepi diligentissimè; sed hujus altitudo, ex incuriâ mei annotatoris, cui id negotium mandaveram, fuit perdita. Postremò, proposueram quoque Sextantibus & Octantibus 6 & 8 ped. amplis, tum distantias Lunæ, tum Jovis, à diversis fixis, eâ ipsâ nocte dimetiri; sed cœlum, quod repentè in nubilum omninò & pluviosum se convertit, id interdixit.

Transitus per Meridianũ Jovis & Lunæ observatus.

Quæ verò præterea, durante Eclipsi fuerint animadversa, utpote per quasnam maculas protensæ fuerint phasium sectiones; item quænam maculæ sub eâdem steterint perpendiculari, & hujus generis alia, Tabula observatoria, cum ipsâ Eclipseos Observatione commonstrat. Cui Delineationi, majoris distinctionis & jucundæ recreationis gratiâ, adjunxi phases aliquot integrorum & semidigitorum, in minoribus Iconismis delineatas, cum verâ earum inclinatione, quam eo tempore habuerunt.

Die 23 Septembris ipso Æquinoctii Autumnalis, Altitudinem Solis, quantum

tum fieri potuit ob intercurrentes nubeculas, Meridianam obſervavi 35 grad. 28 min. 40 ſec. circ., ac inſuper Diametrum etiam ejus perſcrutari volui; verùm, ratione aëris vaporoſi, diſtuli hoc negotium ad diem usq; 28 Sept.: citiùs enim Sol haud affulſit ſerenus. Animadverti autem eâdem noſtrâ ſæpiùs memoratâ Machinâ, atq; Obſervatione vicisſim duodecies repetitâ, per foramen nudum $4\frac{1}{2}$ part., ſemidiametrum Solis baſis lucidæ part. eſſe $95\frac{1}{2}$, qualium diſtantia tabellarum eſt 19995: Computo igitur facto, more ſolito: ut diſtantia Tabell. 19995 ad ſemid. baſ. ⊙ lucidæ correctam $93\frac{1}{4}$, ſic Sinus totus 100000, ad Tangentem anguli 467; cujus arcus eſt 16 min. $4\frac{1}{2}$ ſec. ipſa ſcil. Solis apparens ſemidiameter. Quâ inventâ, nolui adhucdum quieſcere, ſed aliâ prorsùs ratione eandem Solis ſemidiametrum ivi quæſitum.

Altitudo Solis Meridiana die Æquinoctii.

Quanta fuerit die 28 Sept. Solis diameter.

Primò, in oppoſitâ foramini Tabellâ ejusdem inſtrumenti, circulum duxi Solis diſco omninò æqualem, quem, quamprimùm Sol margine ingrediebatur, Oſcillationes perpendiculi, quarum 39 conficiebant minutum primum, numerabantur. Deprehendi autem multoties obſervatione iteratâ, priusquam totum pertranſiret circulum, quod admodùm diſtinctè, ob ſatis nitidam peripheriam dijudicare licuit, 84 elabi vibrationes, hoc eſt 2 min. 9 ſec.: quæ poſtmodùm in minuta & ſecunda Æquatoris converſa (cùm ſit circa Æquinoctium; alio enim anni tempore moderamine opus) proveniunt 32 min. 15 ſec. tota ſc. Solis diameter; & ſic ſemidiameter 16′ $7\frac{1}{2}$″: quæ, ſanè, ſatis præcisè priori ſemidiametro obſervatæ congruit.

Secundò; hiſce nondum contentus, eandem ipſam diametrum, mediante Teleſcopio duos pedes circiter longo, machinæ, pag. 98 Selenographiæ noſtræ delineatæ (quæ aliàs ad maculas Eclipſesque Solares adhiberi ſolet) adaptato, inveſtigavi: quò certò conſtaret, num etiam Tuboſpicillum refractionem aliquam induceret, ac ſic paulò aliter diametrum referret: quippe, quòd ſciam, nondum id ipſum hactenus ſatis ſit compertum. Offerebat autem Tubus diametrum Solis diſci, in diſtantiâ 8 circ. pedum, $6\frac{5}{8}$ dig.; & quidem confinium ejus luminis & umbræ, in tabellâ admodùm nitidè; ſic ut de Solis ingreſſu & egreſſu nullum planè nobis relinqueretur dubium. Acto igitur circulo diſci omninò æquali, pari modo, ut antea factum, cùm dicti circuli marginem occidentalem Sol latere ſuo orientali (horâ duodecimâ, tempore nimirùm ejusmodi obſervationibus magis commodo, quô inclinatio Solis parùm variatur) ſtringeret, oſcillationes numeravimus, usque dum totum circulum planè pertranſiret, atque margine ſuo occidentali, circuli marginem orientalem attingeret. Repetitâ autem aliquoties hâc obſervatione, deprehendi vicisſim, ut in priore obſervatione, nudi foraminis ope, æque 84 vibrationibus Soli opus eſſe ad percurrendum Eclipticæ ſpatium, æquale prorsùs ſui diametro. Inde iterum, ut ſuprà (quia eodem perpendiculo uſi fuimus) prodierunt 2 minut. 9 ſec.: quæ in minuta Æquatoris converſa, præbent diametrum Solis 32 min. 15 ſec., & ſic ſemidiametrum 16 min. $7\frac{1}{2}$ ſec. itidem planè, ut antea: id quod ſanè, vix credidiſſem, niſi ipſemet reipsâ eſſem expertus. Succedit itaque hoc negotium feliciùs, dictâ noſtrâ machinâ, præſertim Teleſcopii adminiculo, quàm ſi tranſitum Solis, prout Celeberrimus Vir Ricciolus lib. III. cap. X. pag. 118 tradidit, per vitrâ ſolùm colorata, ope duorum filorum, ſuper meridianum

Diameter Solis Teleſcopii beneficio quomodo exploretur.

An per Teleſcopium eadem etiam inventa ſit Solis diameter.

dianum erectorum, notemus. Hâc enim ratione admodùm incertum est initium & finis transitûs marginum Solis; ut ibidem Ricciolus ipsemet fatetur; illâ verò, cùm Telescopium penumbram sufficienter abstergat, peripheria Solis nitidissimè repræsentatur; & sic initium cum fine est certissimum.

Observationes
Lunæ Dichotomæ, seu Bisectæ.
Anno 1655

Quo tempore Luna apparuerit Bifida.

Die ♂, 13 Aprilis, horâ circ. 9 vesp. Quadratura Lunæ nudo oculo quasi concava adhuc apparebat; sed armato jam ex parte convexa videbatur.

Die ☿, 12 Maji, horâ 1 post Quadraturam, Luna nonnihil jam convexa, quanquam parùm admodum visa est.

Die 10 Junii, horâ 9 vesp. horâ 7 ante veram Quadraturam, Luna adhuc concava erat. Sectio per catenam Mundi, Insulam Besbicam, & Montem Didymum incidebat.

Anno 1656

Januarii 4, horâ 5 vesp. altâ Lyrâ 32° 5′; Luna haud multùm à verâ Quadraturæ sectione, Telescopii ope, aberat; sed nudo visu, profectò adhuc plurimùm deficiebat. Horâ 6 circ. vesp. adhuc concava per Tubum; ut & horâ 7 30′; altâ Lunâ 37° 30′ apparuit: at postmodùm nubes obstiterunt, quò minùs accuratè Quadratura observari potuerit. Quantum tamen conjecturâ assequi potui, incidit Phasis Dichotom. Horâ circit. 9, 30 propemodùm minut. ante veram Quadraturam.

Deliquium Solare.

Observatio Eclipseos Solaris anni 1656.

Anno 1656, die 26 Januarii rursùs notabilem Eclipsin Solis animadverti; quæ quidem Deliquia rarenter admodùm nobis in conspectum veniunt. Ab aliquot enim jam annis, quod dolendum, potissimas Eclipses, ratione turbidi & nubiloſi aëris, hocce in nostro horizonte Gedanensi, pro voto delineare non licuit: sicut & circa nuperos, anni 1655 Solarem, & proximè præteritum Lunarem, die scilicet 11 Jan. anni currentis 1656 defectum nobis obtigit: imò parùm abfuit, quin & hanc Solis Eclipsin vix observassemus. Nam à Solis exortu, horam circiter undecimam usque, totum Cœlum nubibus obscurissimis ita erat obsessum, ut parùm spei reliquum esset vel quicquam animadvertendi; horâ tamen dictâ undecimâ, flante Lybico, dissipatisque nubibus, Sol nobis affulsit. Proinde nil potius habebam, quàm ut omnia, ad instantem Eclipsin Solis observandam, ordine ac debitè ab omnibus meis adjutoribus administrarentur.

Eclipsis Solis 1655. & Lunæ 1656, Dantiſci haud potuerunt observari.

Altitudo Solis Meridiana.

Initiò Solis cepi altit. Meridianam, simulq; tum horologia naturalia lineæ meridianæ applicata, quàm artificialia correcta fuerunt. Deinde ab eo statim tempore non destiti & Solis Altitudines, Quadrante Azimuthali nostro permagno, ejusq; azimutha, animadverso pariter in utroq; horologio tempore, frequenter

Quot Oscillationes horam confecêre integrã.

quenter obſervare; quò de verò impoſterum redderemur ſecuriores. Horâ verò 1 30', oſcillationes perpendiculi, catenulæ orichalcicæ affixi, numerari cœperunt; quarum 2360 horam integram, & $39\frac{1}{3}$, calculo ritè poſito, minutum primum confecerunt.

Initium citius ingruit, quàm Calculus promiſit.

Dehinc, inſtante Eclipſi, atq; cuilibet functione ſuâ demandatâ, obſcuratum conſcendimus, omnibus iisdem rebus ad obſervationem neceſſariis, nobisq; uſitatis, benè inſtructum conclave, Speculatoribus quibusdam, Viris tam dignitate, quàm eruditione conſpicuis; inprimis verò adjutore Exellentisſimo noſtro D. Eichſtadio. At vix ſcenam intravimus, machinamq; obſervatoriam direximus, ecce ſubitò, & quidem de improviſo, multò ſanè citiùs, quàm Calculus id indicaret Rudolphinus, Luna occaſum versùs, circa gradum 114, à puncto Zenith numeratum, horâ 1 51' 2" Solem ſubit. Atq; ſic magis magisque Solem obſcurante Lunâ, phaſes quotquot concedebantur, adumbravimus accuratè, adſcriptâ ſimul cuilibet phaſi puncti verticalis variatione, animadverſo ſimul tempore tam in ſciaterico, quàm automato, nec non obſervatis Solis Altitudinibus, & Azimuthis. Cumprimis autem allaboravimus, ut proportionem dimetientium Solis & Lunæ dextrè, & quidem variâ dimetirer viâ. Primò, circino tricuſpide aliquoties ſemidiametrum cepi Lunarem: Secundò, tribus punctis, non minùs iteratis vicibus, in peripheriâ luminis & umbræ, trium obſervatorum ope notatis: Tertiò, certarum phaſium tam medium ſegmenti, quàm in diſco Solis per gradus diſtincto, utramq; cuſpidem benè notando, quot nimirùm gradibus ab invicem abeſſent cornua, eam emenſus ſum proportionem: & quartò deniq; diverſis exſciſis ex chartâ ſpiſsâ arcubus, explorans, quinam Lunæ reſponderet peripheriæ. Verùm enimverò ex omnibus illis benè multis, quos ad manus habebam, nullus planè æquabat Lunæ peripheriam; ſed omnes ad unum, viſibilem Lunæ excedebant ſemidiametrum. Idcirco, pro viribus delineatâ, in arcu quodam chartaceo, eâ differentiâ, atq; alio arcu, juxta eam delineationem, probè exſciſo, tandem inveni, omnium ſpectatorum conſenſu, proportionem Solis eſſe ad Lunam, ut 1000 ad $884\frac{4}{69}$ part. ut ut Tabulæ Rudolphinæ eam exhibeant longè aliter, nempe ut 1000 ad $96\frac{21}{31}$.

Diametrorum Solis & Lunæ proportio vario modo eſt rimata.

Obſervatio Eclipſeos Solaris GEDANI

Anno æræ Chriſtianæ 1656, die 26 Januar. habita.

Ordo Phaſium.	Quantitas Phaſium obſervat.	Oſcillationes perpendiculi.	Tempus ex Oſcillationibus erutum. Hor. M. Sec	Tempus ſecundũ Sciatericum. Hor. M.	Altitudines Centri Solaris Quad. Azimut. capt. Gr. M. Sec.	Azimutha ⊙ Occident. Gr. M.	Tempus ex Altitudinib. ⊙ ſupputatum. Hor. M. Sec	Tempus ex Azimuthis deductum. Hor. M. Sec	Tempus ſecundũ horologium ambulatorium. Hor. M. Sec
				12 0	16 57 15	0 0	12 0 0	12 0 0	12 0 0
				12 36	16 32 12	8 46	12 35 53	12 35 31	12 35 44
				12 41	16 24 0	10 11	12 42 41	12 41 17	12 41 25
				12 46	16 16 0	11 27	12 47 13	12 46 27	12 46 39
				1 9	15 27 15	16 56	1 10 12	1 9 0	1 9 10
		0	1 30 0	1 30					1 30 0

Ordo Phasium.	Quantitas Phasium observat.	Oscillationes perpendiculi.	Tempus ex Oscillationibus erutum. Hor. M. Sec	Tempus secundũ Sciatericum. Hor. M.	Altitudines Centri Solaris Quad. Azimut. capt. Gr. M. Sec	Azimutha ☉ Occident. Gr. M	Tempus ex Altitudinib. ☉ supputatum. Hor. M. Sec	Tempus ex Azimuthis deductum. Hor. M. Sec	Tempus secundũ horologium ambulatorium. Hor. M. Sec
		587	1 44 55						1 45 0
	Initium	827	1 51 2	1 51					1 51 12
1	$1\frac{7}{12}$ *Digit.*	1000	1 55 25	1 55					1 55 35
2	$\frac{11}{12}$ *Digit.*	1096	1 57 22						1 57 32
3	1 *Digit.*	1170	1 59 50	2 0					2 0 0
4	$1\frac{1}{4}$ *ferè Dig.*	1282	2 2 33						2 2 49
5	$1\frac{3}{4}$ *ferè*	1495	2 8 0						2 7 45
		1639	2 11 40	2 11	11 46 0	31 34	2 12 0	2 11 22	2 11 29
6	$2\frac{3}{4}$ *Digit.*	1745	2 14 22	2 14	11 33 0	32 17	2 14 42	2 14 0	2 14 18
7	*Paulò plus.*	1811	2 16 3						2 15 54
8	3 *Digit.*	1860	2 17 17						2 16 56
		1961	2 19 51	2 19$\frac{1}{2}$	11 8 0	33 33	2 19 48	2 19 45	2 19 46
9	$3\frac{1}{2}$ *Digit.*	2029	2 21 35						2 21 29
		2059	2 22 21						2 22 18
10	$3\frac{3}{4}$ *Digit.*	2110	2 23 49						2 23 32
11	4 *Digit.*	2213	2 26 16	2 26	10 37 30	35 0	2 26 21	2 26 10	2 26 15
12	$4\frac{1}{8}$ *Digit.*	2302	2 28 31						2 28 34
		2358	2 29 57						2 30 0
		2400	2 31 1	2 31	10 13 0	36 7	2 31 7	2 31 8	2 31 5
13	$4\frac{1}{2}$ *Digit. & paulò ampl.*	2432	2 31 50						2 31 58
		2478	2 33 0	2 33	10 4 0	36 28	2 32 50	2 32 42	2 32 58
14	5 *Digit.*	2589	2 35 49						2 35 59
		2595	2 36 0	2 36	9 48 0	37 12	2 35 54	2 35 58	2 36 3
15	$5\frac{1}{8}$ *Digit.*	2676	2 38 2	2 38	9 36 0	37 36	2 38 10	2 37 47	2 38 5
		2695	2 38 31						2 38 34
16	$5\frac{3}{8}$ *Digit.*	2766	2 40 20						2 40 24
		2814	2 41 33	2 42	9 20 0	38 24	2 41 15	2 41 21	2 41 38
17	$5\frac{5}{8}$ *Digit.*	2820	2 41 42						2 41 49
		2898	2 43 40	2 44	9 7 30	38 54	2 43 32	2 43 37	2 43 50
18	6 *Digit.*	3004	2 46 22	2 47	8 52 30	39 31	2 46 14	2 46 24	2 46 35
19	$6\frac{3}{8}$ *Digit.*	3325	2 54 33	2 54	8 8 0	41 18	2 54 19	2 54 32	2 54 58
20	$6\frac{5}{8}$ *Digit.*	3469	2 58 7	2 58	7 47 30	42 6	2 57 53	2 58 11	2 58 38
		3528	2 59 42						3 0 0
21	$6\frac{7}{8}$ *Digit.*	3598	3 1 28	3 1$\frac{1}{2}$	7 28 0	42 39	3 0 25	3 0 45	3 1 53
	7 *Dig. ferè*	3711	3 4 21	3 4	7 12 0	43 23	3 4 6	3 4 6	3 4 41
		3913	3 9 29	3 10	6 42 0	44 30	3 9 5	3 9 16	3 9 51
22	7 *D. & paulò minus*	3983	3 11 16						3 11 38
		4055	3 13 6	3 14	6 18 0	45 18	3 13 1	3 13 1	3 13 40
23	$6\frac{11}{12}$ *Dig.*	4077	3 13 30						3 14 12
24	$6\frac{7}{8}$ *Digit.*	4578	3 16 23	3 17	5 59 0	46 0	3 16 6	3 16 17	3 16 46
25	$6\frac{3}{4}$ *Digit.*	4734	3 20 21	3 20	5 33 0	46 49	3 20 16	3 20 8	3 20 43
		5136	3 30 35						3 31 0

De cætero, maxima obscuratio inter phasin 21 & 22 accidit, ac eo planè tempore, cùm Sol, respectu nostri Observatorii, à turri quâdam Cœnobii Carmelitarum, spatio aliquot minutorum absconderetur. Eamque ob caussam, sectio ista maximæ obumbrationis, haud potuit à nobis depingi; nihilo tamen minùs ex reliquis phasibus, & deliquii effigie tutò conjicere licet, maximum defectum non nisi 7 fuisse digitorum, eumq; horâ circ. 3. 6′ incidisse. Postquam verò Sol turrim deseruerat, phases jam paulatim decrescebant; quarum decrescentium

Maximus Solaris defectus.

Eclipsis Solis observata

GEDANI.

Anno æræ Christianæ 1656, Die 26 Januarii, post merid.



Phases Crescentes.



Fig. O.

Autor sculpsit.



ſcentium quatuor tantummodò fuerunt delineatæ. Solem enim ad occaſum properantem, atq; ita in tali declivori ſitu, Cœnobium modò dictum, ædificiaque circumvicina prorsùs intercipiebant, ut nihil penitùs poſt phaſin 25 depingere integrum fuerit. Brevî etiam poſt Sol omninò occidit, quanquam notabili parte ſui luminis, ſicut ex Typo eſt manifeſtum, adhuc orbatus.

Numerus phaſium obſervatarum.

Quanta verò quælibet delineata extiterit phaſis, quo tempore acciderit, & quâ viâ, quove motu corpus Lunare Solem prætergreſſum ſit, pariter ipſa adjuncta Obſervatio, pariterque ipſum Schema plenè commonſtrant, ut de his plura dicere haud ſit opus. Demiraberis autem, mi Lector, ſi obſervata cuncta benè contuleris, tempora illa omnia, Obſervationi adſcripta, exque diverſis fontibus petita, utpote ex Vibrationibus, Sciaterico, Solis Altitudinibus,& Azimuthis, tàm accuratè & optimè inter ſe congruere: quanquam, verum ut fatear, iſtis obſervatis nullam planè limam adhibitam, nedum quicquam ſuppoſitii eis ineſſe, certò ſciam. Non minùs horologium ambulatorium, ſingula ſecunda commonſtrans, perquàm rectè, motuque ſummè æquali, munere ſuo functum eſſe ſcias, ſic ut vix 25″ verum tempus, in fine obſervationis exceſſerit: id quod ſanè perrarò in ejusmodi deprehenditur Automatis; præſertim tempore brumali,quando diverſis aëris ſubjiciuntur qualitatibus. Ex hiſce cognoſcere eſt, à meis obſervationis Sociis, Oſcillationes correctè numeratas, Sciatericum lineæ meridianæ ritè applicatum, & Altitudines Azimuthaq; Solis ad unguem deprehenſa ac annotata, nec quicquam erroris commiſſum eſſe: aliàs, ſanè, haud ita præcisè convenirent ſingula.

Obſervationes optimè inter ſe conveniunt.

Hæc ſunt, quæ circa hanc noſtram admonere volui Obſervationem. Nunc autem,quia ratio diametrorum Luminarium longè fuerit diverſa,quàm Tabulæ eam definiunt Aſtronomicæ, ut ſuprà jam tetigi, ac ſæpiùs etiam, cumprimis in Eclipſi Solari anni 1654 à nobis eſt animadverſum; haud dubito fore Aſtroſophis gratum, quantæ reverà Solis Lunæque tum temporis fuerint Dimetientes, ſimul percipere: quippe, cùm non ſolùm res incredibilis ſit ſubtilitatis, ſed & magni in Aſtronomiâ momenti; à quâ magna ac profundiſſima quæque dependent, & ex cujus verâ cognitione innumera corrigi quæunt. Quin etiam penitùs perſuadeor, ſi genuinæ proportioni diametrorum Solis Lunæq; Tabulæ impoſterum ſuperſtruantur, multò meliùs Calculum Eclipſeos tum ratione initii & finis, tum durationis & quantitatis, ipſi cœlo, quàm hactenus factum eſt, reſponſurum.

De verâ viſibili quantitate diametrorum Luminarium.

Verùm, ut probè explorarem Semidiametri Solis quantitatem, operam dedi, ut ſtatim poſt eandem Eclipſin Solis, quantocyus fieri potuerit, cœlo annuente, die nimirum 31 Jan. ea ipſa obſervaretur Semidiameter; & quidem eo ipſo mihi uſitato, 20 circ. pedibus longo, atq; in Epiſtolâ ad Dn. Nucerium pag. 52 deſcripto, itemque beneficio illius foraminis $4\frac{1}{2}$ part. magno, qualium diſtantiâ Tabellarum eſt 19995, inſtrumento. Inveniebam itaq; multoties repetitâ, ſemperq; ſibi conſonâ Obſervatione,Semidiametrum Solis eſſe 96 part., ratione illius dictæ Tabularum diſtantiæ. Proinde ablatâ ſemidiametro foraminis $2\frac{1}{4}$, à 96 part., provenit, peracto trigonometrico Calculo, viſibilem Solis Semidiametrum tunc temporis fuiſſe 16′ 13″; non autem 15′ 30″, prout Tabulæ ſupponunt.

Die 31 Jan. autor Solis rimatus eſt diametrum.

Ex qui-

Ex quibus ſequitur, cognitâ, ex ipsâ Eclipſeos noſtrâ obſervatione, ratione Semidiametrorum Solis & Lunæ, ut 1000 ſcil. ad $884\frac{4}{69}$, nec non ex poſteriori obſervatione, totâ diametro Solis 32′ 26″, Dimetientem Lunæ neceſſariò eo tempore deliquii extitiſe tantùm 28′ 40″; non autem 30′ 0″, ut Tabulæ volunt. Omninò igitur perſuadeor, hanc valdè notabilem diametrorum differentiam ex cauſis haud eſſe poſtremam, cur hæc Eclipſis tantò citiùs ingruerit, & tantò extiterit minor, quàm Calculus ſignificaverit.

Quantitas Diametri Lunaris.

Aſtronomi quidem, & Veteres, & Recentiores penè omnes, à primis Uraniæ incunabilis omnem moverunt lapidem, ut Dimetientem Solis ſtudioſè determinarent; ſed minimè in iſto conveniunt negotio, ampliùs triginta, nî fallor, diverſas fovent opiniones: ſic, ut cui ſit adſtipulandum, vel quæ ratio diametri Solis ſit amplectenda, omninò neſcias. Quare & ego, ut eò eſſem ſecurior, in tantâ hujus rei incertitudine, ſummâ induſtriâ, triennii circiter ſpatio, dictam Solis diametrum rimari non nolui; non modò quanta in utroq; Solſtitio & Æquinoctio, ſed etiam quanta reverà ſit quovis Menſe circa Signorum principia: quò genuinam diametri Solis proportionem, inter maximam & minimam Solis diſtantiam, rectè penetrarem.

Nullo non tempore Siderum Scrutatores Diametrum Solis ſunt emenſi.

Deprehendi autem quamplurimis toties repetitis Obſervationibus, ope ſæpiùs memoratæ Machinæ, ejusdemq; foraminis $4\frac{1}{2}$ part., Menſe Decemb. 21, circa Solſtitium Brumale, viſibilem Diametrum Solis eſſe partium 97 (qualium tota diſtantia tabellarum eſt 19995;) de quâ demto ſemiforamine $2\frac{1}{4}$, provenit, Calculo peracto, Diameter Solis 32′ 36″. Reliquas Obſervationes ſequens exhibet Tabella: cujus columna prima Menſes & Signa, quibus obſervatio fuit peracta; ſecunda, quot partibus viſibilis diameter extiterit; & tertia, quanta ex iis ea in minutis eruta fuerit, commonſtrat.

De Solari diametro Autoris opinio.

Magnitudo Diametri Solaris ſingulis Menſibus.

Menſ.	*Sign.*	*Part.*	*Diamet. ⊙* *Min.*	*Sec.*
Decemb.	♑	97	32	36
Januar. / *Novemb.*	♒ / ♐	$96\frac{1}{2}$	32	26
Februar. / *Octobr.*	♓ / ♏	96	32	16
Mart. / *Septemb.*	♈ / ♎	95	31	56
April. / *Auguſt.*	♉ / ♍	94	31	32
Majo / *Julio*	♊ / ♌	$93\frac{1}{2}$	31	22
Junio	♋	93	31	12

Inter Riccioli & Autoris diametrum Solarem haud multùm eſt differentia.

Verum enim verò, quemadmodùm nullus ferè reliquorum Autorum omnium alteri aſſentitur; ita & ego, hocce in negotio, prorsùs ſum ſingularis. Attamen, ſi mea cum aliorum conferas obſervata, re benè perpensâ, cum nemine meliùs ac propiùs conveniunt, quàm cum Eruditiſſimi P. Riccioli, quatenus in genere ſimul illæ tres diverſæ Solis dimetientes conſiderantur: quam Diametrum in Perigæo 33′ 8″, in mediâ Diſtantiâ 31′ 56″, in Apogæo verò 30′ 50″ eſſe ſtatuit. Utriusque enim obſervatio circa Æquinoctium ad amuſim, etiam in ſecundis convenit; in Perigæo autem apud P. Riccioium 32″ major, & in Apogæo 22″ quàm apud me minor eſt. Hincque Riccioli differentia maximæ & minimæ diſtantiæ fit 2′ 18″; mea verò tantùm 1′ 24″. Nam mihi variatio iſta quoad ſemidiametrum Solis extitit ut 1000 ad 959; 41 ſcilicet part. Huic verò meæ variationi nemo reliquorum vicisſim meliùs, quàm celeberrimus Bullialdus adſtipulatur, qui eam in Perigæo 33′ 30″, in med. Diſt. 32′ 52″ & in Apogæo 32′ 18″ definit: adeò, ut differentia illa 1′ 12″, tantùm 12″ minor, quàm mea prodeat. At cæteri aliam

Occultatio et Transitus
Binarum Stellularum in Ariete.

GEDANI,
Observata, à
Joh. Hevelio.



Fig. P. pag. 48.

Eclipsis Lunæ Totalis
Anno 1657, Die 25 Junij, St. novo.

GEDANI,
Observata, à
Joh. Hevelio.



pag. 50.

Eclipsis Lunaris,
Anno 1657, Die 20 Decembr.

GEDANI
observata, à
Joh. Hevelio.

Occultatio Duarum Stellar. in ♉.
Anno 1658, Die 14 Octobris, St. n. Vesp.

GEDANI,
observata, à
Joh. Hevelio.



Fig. Q. pag. 58.



Fig. R. pag. 88
Autor Sculpsit.

liam atque aliam ſtatuunt variationem, & Diametri Solis quantitatem, quam hîc recenſere ſuperſedeo, in commodiorem occaſionem id rejiciens.

Occultatio & Tranſitus Binarum Stellularum in Ariete.

Anno 1656, die ☿, 1 Martii veſperi, duas Stellulas, ſed globo hactenus nondum adſcriptas à Lunâ plusquàm Lunatâ tectas obſervavi; prior *a* ſupra eductionem caudæ Arietis ſita eſt, ad 17′ vel 18′ Boream versùs; *s* in longitudine verò ad 11′ promotior eſt, quàm dicta Stella cognita. Tegebatur autem à Lunâ, alto Palilicio 38° 13′ 30″: Linea itineraria paullò ſupra centrum Lunæ incedebat, ſub Palude ſcilicet Mœotide quantum colligere licuit: quandoquidem illam exire non deprehendi: quemadmodùm ex ſuperiori tramite Figuræ appoſitæ liquet. *Fixa à Lunâ tegebatur.*

Altera Stellula *b* priore adhuc minor, alto Palilicio 36° 25′ 20″, diſtabat à limbo obſcuriori Lunæ tanto intervallo, quanto Superior Mons Moſchi ab Inſulâ Apolloniâ: & cùm eſſet in ipsâ Conjunctione Lunæ, vel Lunæ vicinisſima, vix unâ diametro Montis Moſchi removebatur à limbo inferiori Lunæ: ſic ut non fuerit occultata, ſed arctisſimus tantummodò extiterit tranſitus. *Tranſitus Lunæ & Fixæ.*

Anno 1656, 11 Martii, Saturni corpus intermedium quoad diametrum nondum æquabatur Diametro M. Sinai; excedebat tamen Inſ. Besbicam; ſic ut datâ Lunæ diametro partium 500, Saturnus tantùm 11 part. extiterit. At quia Luna circa oppoſitionem & mediam diſtantiam eo tempore commorabatur, Diameter ejus, juxta Recentiorum ſententiam, haud malè ponitur 30′ circ. Hinc provenit diameter Saturni 39″ 36‴; in mediâ ſcilicet à Terrâ remotione, quoad corpus intermedium. *Magnitudo diametri Saturni.*

Anno 1656, die 24 Decemb. veſperi Dichotomia Lunæ denuò accuratè obſervata eſt.

Obſervatio Lunæ Dichotomæ anno 1657.

Hor.	*Min.*	*Sec.*	
8	39	0	*Luna adhuc cava*
8	52	0	
8	56	0	
9	6	0	
9	17	0	
9	22	0	
9	32	0	*Pariter adhuc cava extitit.*
9	37	0	*Vergebat ad Dichotomiam, altâ Lunâ 21° ferè.*
9	47	0	*Nondum Biſecta apparuit.*
9	50	0	*Nec dum.*
9	52	0	*Quaſi jam Biſida apparuit, altâ Lunâ 19° ferè.*
9	53	40	*Dichotomia omninò extitit.*
9	58	0	*Jam ex parte convexa videbatur.*
9	59	0	*Ex parte gibba.*
10	14	0	*Gibboſior adhuc: altâ Lunâ 45° 12′ ferè.*
10	19	40	

Quadratura prima
Obſervata veſp.

Obſervatio Lunæ Dichotomæ. Anno 1657.

Quando Lunæ Dichotomia difficilis ſit obſervatu.

Quâ horâ apparens Quadratura inciderit.

Anno 1657, 22 Januarii				
Hor.	*M.*		*Grad.*	*Min.*
5	34	*Altitudo Palilicii*	43	15
5	38	*Eadem altitudo*	43	40
5	43	*Concava*		
5	56	*Concava*		
6	5	*Adhuc cava*		
6	14	*Vergens ad dichotomiam*		
6	19	*Nondum*		
6	24	*Necdum*		
6	28	*Valdè propinqua*		
6	34	*Ferè*		
6	42	*Ferè*		
6	46	*Jam videbatur eſſe Biſecta*		
6	48	*Incidit ipſa Quadratura*		
6	59	*Superaſſe videbatur*		
7	3	*Poſt Quadraturam*		
7	6	*Poſt Quadraturam*		
7	10	*Altitudo Caſtoris* ♊	42°	0′
7	13	*Eadem altitudo*	42	25

Nota: quando libratio Lunæ 1 vel 0 eſt, dichotomia difficilis admodùm eſt obſervatu: quippe circa medietatem Lunæ amplisſimæ ac profundisſimæ valles exiſtunt, quæ confinium lucis & umbræ nimiùm diſtorquent, ut linea illa recta dichotomiæ vix accuratè diſcerni poſſit. Nam circa Montes Sipylum, Maſicytum & Cragum, Ortum versùs patentisſimæ concavitates conſpiciuntur; rursùs in parte Lunæ ſuperiori amplisſima planities datur. Quapropter hæc obſervatio mihi non adeò usque accurata videtur. Interea tamen certum eſt, Dichotomiam paullò ante 15′ vel 20′ ſcilicet ante veram Quadraturam incidisſe.

Anno 1657 Obſervationes Veneris & Mercurii

Menſ.	*Dies*	*Tempus ſec. horol. amb.* *Hor.*	*M.*	*Sec*		*Diſtantiæ & Altitudines.* *Gr.*	*M.*	*Sec.*	*Azimuth.* *Gr.*	*M.*	*Sec.*	*Quo Inſtrumento.*
Martii	4	4	6	0	*Altitudo Solis*	10	50	0				*Quad. Azim. M.*
die Solis veſp.		4	8	30	*Altitudo Solis*	10	27	0				
		4	13	0	*Altitudo Solis*	9	51	0				
		5	29	15	*Altitudo ☿ occid.*	32	1	30	58	30	0	
☿ *in* ♈, *Directa.*		5	38	20	*Altitudo ☿*	30	53	0	60	46	0	*Quad. Azim. M.*
		5	41	50	*Altitudo ☿*	30	24	0	61	40	0	
☿ *in* ♈, *Directus*		6	28	0	*Altitudo ☿ occid.*	5	36	0	87	32	0	
		6	32	25	*Altitudo ☿*	4	56	0	88	11	0	
		5	50	30	*Diſtant. ☿ à Palilicio, ſed dub.*	40	57	0				*Sextant. Or.*

Eclipſis Lunæ totalis
Anno 1657, die 25 Junii, ſt. n. obſervata GEDANI

Eclipſis Lunaris.

Ordo Phaſium.	*Tempus ſecundùm horol. amb.* *Hor.*	*M.*	*Sec*	*Altitud Solis & Fixarũ* *Gr.*	*M.*	*Azimuth.* *Gr.*	*Min.*	*Tempus correctũ ex altitudinibus.* *Hor.*	*M.*	*Sec*	*Tempus ex Azimuthis correctum.* *Hor.*	*M.*	*Sec*	*Vibrationes perpendiculi.*	*Animadvertenda.*
	5	9	10	26	17			5	8	15					*Ante & circa Initium cœlum undiq; erat nubilum, ſic ut decreſcentes tantummodò phaſes nonnullas deprehendere licuerit. Color erat ſubfuſcus, imò ferè niger; ut, ſi tempore totalis obſcurationis Lunam videre obtigiſſet, vix limbum ejus notaſſemus.*
	5	19	33	24	47	83	45 *Occ.*	5	18	38	5	19	2		
	5	49	0												
	6	29	10	14	1	70	24 *Occ.*	6	28	14	6	28	32		
	6	34	10	14	18	69	25	6	33	27	6	33	41		
	7	41	3								*Temp. ex vibrationibus deductum.*				
	8	0	0								8	0	0		
	8	15	0								8	15	14	585	

Ordo

Ordo Phasium.	Tempus secundū horol. ambul. Hor. M. Sec	Altitudo ☉ & Fixarum. Gr. Min.	Azimuth. Gr. Min.	Tempus correct. ex altitud. Hor. M. Sec	Tempus ex Azimuthis correctum. Hor. M. Sec	Vibrationes perpendiculi.
	8 30 0				8 29 34	1163
	8 45 0				8 44 20	1744
	9 0 0				8 59 11	2328
	9 50 55	*Arcturi*			9 50 5	4330
	10 41 53	42 28		10 41 12	10 41 0	6332
1	10 45 21				10 44 30	6470
2	10 48 55				10 48 0	6605
3	10 55 20	*Arcturi*			10 54 21	6858
	10 58 5	40 21½		10 57 0	10 57 0	6967
4	11 2 14				11 1 6	7123
5	11 5 50				11 4 39	7263
6	11 9 41				11 8 22	7410
7	11 12 5				11 10 40	7499
8	11 14 10				11 12 46	6582
9	11 16 35				11 15 3	7672
10	11 18 38				11 17 8	7754
11	11 20 12				11 18 41	7815
12	11 21 30				11 20 1	7867
13	11 23 20				11 21 49	7938
14	11 24 45				11 23 19	7098
15	11 26 53	*Finis*			11 25 27	8070
	11 28 15	*Penumbra*			11 26 49	8135
	11 30 59	*Penumbra*			11 29 31	8208
	11 32 0	*Penumbra*			11 30 32	8281
	11 35 55	*Penumbra*			11 34 30	8437
	11 38 50	*Fin. penumb*			11 37 38	8560
	11 41 5	34 17⅓	*alt. Arcturi*	11 40 36	11 40 0	8653
	11 45 30	33 43	78 58	11 44 39	11 44 14	8820
	11 51 39	32 53⅙	80 8			

Eclipsis Lunæ anno 1657.

Digit.		Hor. M Sec
6 *Digit.*	*fuerunt obscurati.*	10 50 30
5 *Digit.*		10 56 30
4 *Digit.*		11 2 30
3 *Digit.*		11 8 30
2 *Digit.*		11 14 30
1 *Digit.*		11 20 0
		11 25 30

Phases secundum digitos.

ANNO M. DC. LVII.

Mens. Dies st. n.	Tempus sec. Horol. amb. Hor. M. Sec	Observationes. Fixarum & Martis.		Distātiæ & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.
Augusti. 31	9 54 10	*Altitudo Aquilæ*		41 59 0	*Orient. Merid.*	*Quad. Azim.*
vesp.	10 6 57	*Altitudo Capitis Andromedæ*		47 21 0	69 9 18	
		Eadem altitudo denuò capta		48 13 0	67 28 20	
				49 5 30	65 42 48	
	10 40 52	*Altitudo Martis*	*	20 2 50	68 35 15	*Quad. Azim.*
	10 46 51	*Eadem altitudo*	*	20 52 30	67 14 45	
	10 51 31	*denuò observata*		21 28 40	66 11 45	
	10 55 11	*Rursus*		21 59 0	65 22 15	
	11 1 53	*Altitudo extremæ alæ Pegasi*		41 31 11		*Quad. Azim.*
		Altitudo Martis		24 8 0	61 29 45	

♂ *in* ♈ *Stationarius.*

♂

ANNO M. DC. LVII.

Mens. Dies st. n.	Tempus sec. horol. ambul. Hor. M. Sec	Observationes Fixarum & Martis.	Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.
Septemb. 4 Die ♂ vesp.		Altitudo Scheat Pegasi	50 31 0		Quad. Azim.
		Eadem altitudo	52 19 45		
		Rursùs	53 21 20		
		denuò capta	54 45 15		
		Altitudo capitis Andromedæ	49 39 15		Quad. Azim.
		Eadem altitudo	50 27 15		
		Altitudo Lucidæ Aquilæ	35 59 15		
		Eadem altitudo	34 52 45		
		Altitudo Martis Orient. Merid.	26 52 0		
Septemb. 18	Die ♂	Altitudo Meridiana Aquilæ	43 39 40		Quad. Azim.
Octob. 2 Die ♂		Altitudo Merid. sinist. manûs Antinoi	33 52 15		Quad. Azim.
		Altitudo Merid. Luc. Caudæ Delphini	45 49 0		
		Altitudo Merid in Delph. in Rhombo præcedentis later. occid.	49 7 20		
		Altitudo Merid. in Delph. in Rhombo præcedentis lateris Bor. & Orient.	50 35 0		
		Altitudo Merid. in Equuleo præcedentis cap. clar. & occid.	39 30 10		
Novẽb. 16 Die ♀		Diameter ♂ observata ex Maculis ☽; æquabatur ferè Inf. Cretæ, vel Inf. Besbicæ: vix paullò major apparebat, quàm Inf. Zachintus, hoc est 55 part. diametri Lunaris. Posita igitur Diamet. ☽ in Apog. secundùm Ricciolum 28′, extitit diameter ♂ 31″ ferè.			Tubo Optico
Mens. Dec.		Diameter ♂ observ. ex macul. ☽	0 0 30		Tubo Optico
		Diameter ♃ ex iisdem maculis	0 0 55	ferè	

Mens. Dies st. n.	Tempus sec. horol. amb. Hor. M. Sec	Observationes Martis & Fixarum.	Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento
Octob. 29 Die ☽ vesp.	9 25 0	Distantia ♂ à Marcab. Pegasi	29 39 10		Sext. Or.
	9 38 0	Altitudo Mandibulæ Ceti	27 40 0		Quad. Azim.
	9 40 0	Eadem altitudo	28 1 0	dub.	
	9 50 0	Distant. ♂ ab extremâ alæ Pegasi	15 16 10		Sext. Or.
	10 10 0	Distant. ♂ à Luc. Mandib. Ceti	31 26 30	ferè	Sext. Or.
	10 24 0	Altitudo ♂ Meridiana	37 54 10		Quad. Azim.
	10 29 0	Altitudo Luc. Mandib. Ceti	32 45 0		
	10 33 40	Altitudo Palilicii	34 23 0		

Mens. Dies st. n.	Tempus sec. horol. amb. Hor. M. Sec	Observationes Martis	Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento
Octobr. 30 Die ♂ vesp.	8 56 0	Distant. ♂ à Marcab Pegasi	29 32 30		Sext. Or.
	9 10 0	Distant. ♂ à Lucidâ ♈	25 49 30		
	9 20 0	Distant. ♂ à Mandib. Ceti	31 30 0		
	9 35 0	Distant. ♂ ab extremâ alæ Pegasi	15 11 0		Sext. Or.
	9 45 0	Distant. ♂ à Lucidâ Caudæ Ceti	22 16 0	Fixa fortè	
	10 10 30	Altitudo ♂ Meridiana	37 56 0	in refract.	Quad. Azim.

Altitudines Meridianæ Martis & Fixarum.

Magnitudo Diametri Martis & Jovis.

Mars circa Oppositionem Solis observatus.

ANNO M. DC. LVII.

Mens. Dies st. n.	Tempus sec. horol. amb. Hor. M. Sec	Observationes Martis & Fixarum.	Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.	
Octob. 31 Die ☿ vesp.	8 32 0	Distant. ♂ à Marcab Pegasi	29 21 50		Sext. Or.	♂
	8 45 0	Distant. ♂ à Lucidâ ♈	25 55 15			
	8 51 0	Distant. ♂ à Mandibulâ Ceti	31 34 30			
	9 11 0	Distant. ♂ ab extremâ alæ Pegasi.	15 8 0			
	9 22 0	Distant ♂ à Scheat Pegasi	36 14 0	dub.	Sext. Or.	
		Altitudo Meridiana ♂	37 56 15		Quad. Azim.	
		Distant. Scheat à Lucidâ ♈	41 18 30	dilig.	Sext. Or.	*
		Caput Andromedæ à Lucidâ ♈	27 5 20	dub.		

Mens. Dies st. n.	Tempus sec. horol. amb. Hor. M. Sec	Observationes Martis & Fixarum.	Distant. & Altitudines Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.	
Novemb. 1 Die ♃ vesp.	8 45 0	Distant. ♂ à Marcab Pegasi	29 17 0		Sext. Qr.	♂
	9 0 0	Distant. ♂ à Scheat Pegasi	35 39 30			
	9 5 0	Distant ♂ ab extremâ alæ Pegasi	15 1 45			
	9 20 0	Distant. ♂ à Lucidâ ♈	25 59 30			
	9 26 0	Distant. ♂ à Mandibulâ Ceti	31 46 0		Sext. Or.	
	10 5 30	Altitudo Meridiana ♂	37 58 10		Quad. Azim.	
	10 37 0	Distant. ♂ à Palilicio	55 31 30		Sext. Or.	
	10 34 0	Altitudo Palilicii	35 21 0		Quad. Azim.	
		Distant. Capellæ à Lucidâ ♈	44 6 30	dilig.	Sext. M. Lign.	*
	11 15 0	Distant. Lucid. à Marcab.	43 37 30		Sext. Or.	

Mens. Dies st. n.	Tempus sec. horol. amb. Hor. M. Sec	Observationes Martis & Fixarum.	Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.	
Novemb. 2 Die ☿ vesp.	6 0 0	Lucid. latus Persei à Pede Andromed.	15 47 30		Sext. M. L.	
	8 28 0	Distant. ♂ à Marcab Pegasi	29 11 30		Sext. Or.	
	8 39 0	Distant. ♂ à Scheat Pegasi	35 34 30			♂
	8 50 0	Distant. ♂ ab extremâ alæ Pegasi	14 57 50			
	9 7 0	Distant. ♂ à Lucidâ ♈	26 2 20		Sext. Or.	
		denuò capta	26 2 30			
	9 22 0	Distant. ♂ à Mandibula Ceti	31 52 0			
	9 30 0	Lucida ♈ à Scheat Pegasi	41 18 30	dilig.		*
	9 50 0	Lucida ♈ à Capite Andromedæ	27 5 30	dilig.		
	9 59 30	Altitudo ♂ Meridiana	37 59 40		Quad. Azim	
	10 0 0	Lucida ♈ ab extremâ alæ Pegasi	28 4 15		Sext. Or.	
	10 20 0	Lucida ♈ à Marcab Pegasi	43 37 0			
		Eadem distantia	43 37 30			
	10 36 0	Distant. ♂ à Palilicio	55 36 30			

Mens. Dies st. n.	Tempus sec. horol. amb. Hor. M. Sec	Observationes Martis.	Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.	
Novemb. 9 Die ☿ vesp.	9 1 0	Distant. ♂ à Marcab Pegasi	28 46 30	Cœlo subnubilo.	Sext. Or.	♂ in 10 gr. ♈ Stationarius.
	9 47 0	Altitudo ♂ Meridiana dub.	38 21 0		Quad. Azim.	
	9 50 0	Distant. ♂ à Lucidâ ♈	25 58 0			

Mens. Dies st. n.	Tempus sec. horol. amb. Hor. M. Sec	Observationes Martis.	Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.	Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.	
Novēb. 14 Die ☿ vesp.	8 33 0	Distant. ♂ à Lucidâ ♈	25 38 0		Sext. Or.	
	8 48 0	Eadem distantia	25 38 0			
	9 15 0	Altitudo ♂ Meridiana	38 41 0		Quad. Azim.	♂
	9 28 0	Distant. ♂ à Palilicio	55 33 30		Sext. Or.	
	9 34 0	Distant. ♂ à ☽ limbo occident.	25 52 30			
	9 54 45	Altitudo Palilicii	38 6 0			

ANNO M. DC. LVII.

Observationes
Fixarum, Jovis, Saturni & Veneris.

Mens. Dies St. n.	Tempus sec. Horol. amb. Hor. M. Sec				Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.			Azimuth. Gr. M. Sec.			Quo Instrumento.
Distantiæ Jovis & Saturni.											
Novēb. 19	4	0	0	Altitudo Meridiana Procyonis	41	41	20				Quad. Azim.
Die ☽				vel	41	41	15				
manè	4	9	35	Distant. ♃ à dextr. humero Orion.	22	29	0				Sext. Or.
	4	19	30	Distant. ♃ à Regulo ♌	45	0	0				
	4	29	10	Dist. ♃ à Corde Hydræ	46	53	45				
✱	4	35	0	Procyon à Regulo ♌	37	21	30				Sext. Or.
				Syrius à Procyone	25	41	15				
	4	48	0	Altitudo Caudæ ♌	38	7	25	61	35	40	Quad. Azim.
	4	55	27	Eadem altitudo	39	3	45	59	40	0	
Saturnus in 15 grad. Libræ Directus.	5	22	10	Distant. ♄ ab Arcturo	29	5	45				Sext. Or.
				Altitudo ♄ circit.	14	39	0				
	5	31	0	Distant. ♄ à Caudâ ♌	28	49	15				
	5	32	0	Altitudo ♄	14	51	0				
	5	43	0	Distant. ♄ à Regulo ♌	49	7	0				Sext. Or.
				Altitudo ♄ circit.	17	12	0				Quad. Azim.
	5	55	45	Distant. ♄ à Venere	5	31	30				Sext. Or.
	6	10	10	Distant. ♀ ab Arcturo	29	1	30				
♄	6	16	25	Altitudo ♄	21	2	30	49	40	0	Quad. Azim.
	6	25	0	Distant ♀ à Caudâ ♌	34	12	0				Sext. Or.
	6	29	56	Altitudo ♀ Orient.	18	3	30	50	7	0	Quad. Azim.
	6	44	0	Distant. ♀ à Regulo ♌	54	42	10				Sext. Or.
Venus in 20 gr. ferè Libræ Directa.	6	50	0	Distant. ♀ ab Arcturo	29	1	30				Sext. Or.
	6	58	58	Altitudo ♀ Orient.	21	2	10	43	25	0	Quad. Azim.
	7	22	7	Altitudo Arcturi Orient.	42	23	40				
	7	24	12	Eadem altitudo	42	38	0				
	7	26	28	Altitudo Arcturi Orient.	42	57	15				Quad. Azim.
	7	35	8	Altitudo ♀ Orient.	24	19	0	34	20	0	
	7	38	8	Altitudo ♀ Orient.	24	33	30	33	29	0	

Observationes
Martis & Fixarum.

Mens. Dies St. n.	Tempus sec. horol. amb. Hor. M. Sec				Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.			Azimuth. Gr. M. Sec.	Quo Instrumento.
Nov. 22	5	30	0	Lucida Aquilæ à Lucid. Lyræ	34	11	40	Dilig.	Oct. M. Lign.
✱ die ♃	6	0	0	Capella à Lucido latere Persei	19	2	35		Oct. M. L.
vesp.	6	42	0	Capella à humero dext. Aurigæ	7	35	0	circ. tantùm	Oct. M. L.
	7	5	0	Distant. ♂ à Scheat Pegasi	34	58	30		Sext. Or.
	8	24	0	Altitudo Lucido ♈ Orient.	52	51	0	38 17 0	Quad. Azim.
♂	8	32	0	Distant. ♂ à Lucidâ ♈	24	27	50	ob ☽ splend.	Sext Or.
	8	50	30	Altitudo ♂ Meridianæ	39	27	36	& nubes ♂	Quad. Azim.
	9	0	0	Distant. ♂ à Palilicio	54	33	30	observ. vix satis certæ.	Sext. Or.

Observationes
Mercurii & Saturni.

Mens. Dies St. n.	Tempus sec. horol. amb. Hor. M. Sec				Distant. & Altitudines. Gr. M. Sec.			Azimuth. Gr. M. Sec.			Quo Instrumento.
✱											
Junii 3 Die ♀ vesp	10 14 0	Altitudo ☿ Telescopio	0 50 0		Mercurius in 7 Grad. Cancri Tubo observatus.

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Lunæ.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Junii 3 Die ♀ vesp.	10 56 30	Altitudo Arcturi	50 47 0	Quad. p. O.
	10 59 20	Eadem Altitudo	50 29 0	
Luna in Scorpione circa Nodum Boreum.	11 10 45	Distantia ☽ Limb. Occid. à Spicâ ♍	38 25 45	Sext. M. O.
	11 13 45	Eadem distantia	38 26 20	
	11 18 15	Denuò	38 28 50	
	11 21 0	Rursus	38 30 20	
	11 30 0	Distantia ☽ Limbi Occid. à Centro ♎	15 19 50	Sext. M. O.
	11 34 0	Eadem distantia	15 21 40	
	11 37 45	Denuò	15 22 20	

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Occultatio Binarum Stellularum propè supremam in Fronte ♏ ad Austrum.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Junii 4 Die ♄ manè	12 40 0	Superior a Stellula à Limbo ☽ vel potiùs à confinio Lucis & Umbræ distabat quantùm Inf. Besbica à Palude Mæotide.	0 17 0	ferè
Quanto spatio dictæ Stellæ à Lunæ Limbo quovis tempore remotæ fuerint.	12 54 0	Superior distabat quantùm M. Sinai à Palude Mæotide.	0 13 0	ferè
	12 56 0	Superioris Stellæ distantia tanta, quanta Distantia inter M. Ætnam & Paludem Mæotidem, imò paullò ferè major.	0 11 30	ferè
	1 1 30	Superioris Stellæ distantia tanta, quanta Ætnæ à Limbo: Distantia v. utriusq; Stellæ, quanta Ætnæ à Limbo.	0 9 30 0 9 0	ferè ferè
	1 10 0	Superior Stella à Limbo quantùm M. Porphyrites à Palud. Mæotide	0 6 30	ferè
	1 24 0	Superior Stella à Limbo, quantum M. Porphyrites à Limbo	0 2 30	ferè
	1 28 30	Tubo 12 Pedum ob impedim. turrium ☽ observari ampliùs haud potuit. Tubo v. 20 Ped. dicta superior jam imminebat ☽ Limbo, vix ad 30″ vel 40″ ferè distabat		
Immersio superioris Stellæ.	1 29 0	Puto immersionem superioris Stellæ factam esse; sed omninò præcisè in secundis deprehendere ob turrim haud potui.		
	1 34 0	Stella inferior à Limbo, quantùm M. Porphyrites à Palud. Mæotide	0 7 0	ferè
	1 43 0	Dicta * infer. quantùm Inf. Cercinna à Limb.	0 4 30	ferè
	1 54 0	Quantum Besbica à Byzantio vel à Cyaneâ. Ab hoc tempore Turris rursùs interveniebat, ut nihil prorsùs de vero ingressu observare licuerit.	0 2 0	ferè
Inferior Stella Lunam subiit.	1 59 0	Præsumitur, Stellam infer. Lunā subintrasse		
	2 21 40	Altitudo Arcturi	23 50 0	Quad. p. O.
	2 23 30	Eadem Altitudo	23 33 0	
	2 30 0	Superior Stella, quantùm ob nubes deprehendere potui, nondum exiverat. Ab hoc tempore ob vapores densiores, & nubes nihil ampliùs observatum est.		
	2 55 0	Luna sese post montes subduxit, in Altit.	1 30 0	circ.

Anno

Occultatio

Binarum Stellarum prope Supremam in fronte Scorpii ad Austr.
Anno 1678 Die 4 Junii St. nov. manè observata,
à Joh. Hevelio.

Ordo Obs.	Hor.	Min.
1.	12.	40.
2.	12.	54.
3.	12.	56.
4.	1.	1.
5.	1.	10.
6.	1.	24.



7.	1.	28.
8.	1.	29.
9.	1.	34.
10.	1.	43.
11.	1.	54.
12.	1.	59.

Pag. 820.

Appulsus Lunæ,
ad Stellam in Cornu Austr. Capricorni.
Anno 1678, Die 16 Decembris, vesp. observ.
à Joh. Hevelio.



Pag. 836.

Fig. XX.

Autor sculpsit.



ANNO M. DC. LXXVIII.

Animadvertenda.

IN hâc obſervatione primùm animadvertendum habes, Benigne Aſtrophile, quòd hæ binæ Stellulæ adeò arctè, quoad nudos oculos, ſibi invicem adhæreant, ut pro unâ eâdemq; à Tychone, etiam ab aliis ſint deprehenſæ; vocatur aliàs prope ſupremam frontis ♏ Auſtr. 6 magn.. Sed ſi egregio Tubo eam adſpicias, videbis, duas eſſe diſtinctas, ejusdem ferè magnitudinis & claritatis, niſi quod ſuperior paullò videatur major. Hæ inquam duæ Stellulæ *a* & *b* à Lunâ occultatæ fuerunt, Die ſcilicet 4 Junii manè. Putaſſem initiò, cùm Cœlum admodùm eſſet ſerenum, me ex voto hanc notabilem obſervationem peracturum; ſed circa ipſam Immerſionem utriusq; Stellæ, Turres Eccleſiæ Carmelitanæ interveniebant, ut ipſum ingreſſum majori Tubo denotare accuratè haud potuerim. Rursùs, circa Emerſionem utriusq; Stellæ nubes & vapores obſtabant, quò minùs eas exire licuerit deprehendere. Fuiſſet ſanè aliàs Spectaculum multò jucundiſſimum. Nihilo tamen ſeciùs notari hæc obſervatio benè meretur: præprimis cùm Loca utriusq; hujus Stellæ hinc ritè determinare, & alteram ab altèrâ diſtinguere, tum Diſtantiam inter utramq; dirimere conceſſum fuerit. Quæ Diſtantia utriusq; ſcilicet Stellulæ inventa eſt 9′ ferè; exiſtente ſic differentiâ Longitudinis 5′, atq; Diff. Latitudinis 7′ ferè. Hincq; Longitudo ipſa & Latitudo utriusq; Stellæ à me correcta fuit. Hactenus iſtæ binæ Stellulæ, (uti modò diximus) pro unâ eâdemq; habitæ ſunt, etiam à me nudo videlicet oculo obſervatæ ſunt; ſic ut extiterit ad Annum completum 1660 ea ipſa ad Supremam frontis Auſtralis in 28° 55′ 42″ ♏, in Latit. o 19′ 19″ Bor. Atverò ſuperior illarum *a* extabat tum reverà in 28° 58′ 12″ ♏, & in Latit. o 22 49′ Bor: & altera inferior *b* verſabatur eo tempore in 28° 53′ 12″ ♏, in Latit. o° 15′ 49″ Bor.. Id quod circa phænomena tàm Planetarum, quàm Cometarum ſcitu ſummoperè eſt neceſſarium.

Occultatio duarum Stellularum.

Stellæ quædam prope ſupremam Frontis Scorpii olim pro unâ ſolâ habitæ ſunt; cùm tamen duæ ſint.

Binæ Stellulæ ſimul occultatæ fuerunt à Lunâ.

Beneficio hujus Obſervationis Loca harum Stellarum debitè ſunt reſtaurata.

Quousq; ab invicem diſtent.

Qualis ſit differentia Longitudinis & Latitudinis.

Verus Stellularum Locus.

Menſ. Dies ſt. n.	*Temp. ſecundū horolog. ambul.* Hor. Min. Sec.	Obſervationes Altitudinum Meridianarum Solis.	*Diſtantiæ & Altitudines.* Grad. Min. Sec.	*Quo Inſtrumento.*
Junii 25 ♄	12 0 0	*Altitudo Meridiana Solis*	59 2 30	*Quad. Azim.*
	12 0 0	*Eadem Altitudo Solis*	59 2 40	
26 ☉	12 0 0	*Altitudo Meridiana Solis*	59 1 0	*
27 ☽	12 0 0	*Altitudo Meridiana Solis*	58 58 30	*
28 ♂	12 0 0	*Altitudo Meridiana Solis*	58 55 35	*
Junii 29 ☿	12 0 0	*Altitudo Meridiana Solis*	58 52 10	* *Quad. Azim*
30 ♌	12 0 0	*Altitudo Meridiana Solis*	58 48 45	*
Junii 18 Die ♄ manè	1 30 0	*Propoſueram quidem Martem hac die unà cum ♌ & ☿ obſervare, ejusq; Diſtantiam à ☿ circa Conjunctionem ejus denotare; ſed à nubibus & exhalationibus Horizontem ortivum eo tempore obſidentibus, prorſus eluſus ſum, ut Martem ne nudis quidem oculis obſervare obtigerit.*		

Sol in Cancro.

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Veneris & Jovis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Julii 1 ♀ Die ♀ manè	2 3 30	Distantia ♀ à Lucidâ ♈	24 16 20	Sext. M. O.
	2 10 0	Eadem distantia	24 16 20	
		Altitudo ♀ circ.	7 15 0	Quad. p. O.
	2 16 30	Distantia ♀ à Capellâ	34 47 50	Sext. M. O.
		Eadem distantia	34 47 50	
		Altitudo ♀ circ.	8 50 0	Quad. p. O.
	2 25 0	Distantia ♀ à ♃	50 29 35	Sext. M. O.
		Eadem distantia	50 29 35	
		Altitudo ♀ circ.	10 15 0	Quad. p. O.
		Altitudo ♃ circ.	24 0 0	
	2 36 30	Altitudo Lucidæ Lyræ	56 20 0	Quad. p. O.
	2 39 30	Eadem Altitudo	55 58 0	

Venus in 25 Grad. Tauri & maximâ digressione à Sole Directa.

Distantia Veneris à Jove.

Mars nondum Conspectus.

Decreveram hâc die simul Martem in Conjunctione ♀ existentem observare; sed ob auroram, Solisq; vicinitatem minimè nudis oculis conspectus fuit.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Altitudinum Meridianarum Solis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec	Quo Instrumento.
Juli 1 ♀	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	58 45 10/15	* Quad. Az.
2 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	58 41 10	*
4 ☽	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	58 31 10	*
5 ♂	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	58 25 30/25	*
Julii 6 ☿	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	58 19 15	* Quad. Azim.
7 ♃	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	58 12 50/45	*
8 ♀	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	58 6 30	*
9 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	57 59 40	*
Julii 10 ☉	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	57 52 0	* Quad. Az.
11 ☽	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	57 43 30	*
13 ☿	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	57 26 20/15	*
14 ♃	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	57 17 0	*
Julii 15 ♀	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	57 7 25/20	* Quad. Azim.
16 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	56 57 40	*
	12 0 0	Eadem Altitudo Solis	56 57 35	
17 ☉	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	56 47 20	*
18 ☽	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	56 37 0/5	*
Julii 19 ♂	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	56 26 20/15	* Quad. Az.
20 ☿	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	56 15 0	*
21 ♃	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	56 3 40	
22 ♀	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis circ.	55 51 20	
23 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis dub.	55 38 50	
	12 0 0	Eadem Altitudo Solis	55 38 45	
Julii 25 ☽	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	55 14 0	* Quad. Azim.
26 ♂	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	55 1 0/5	*
27 ☿	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	54 47 15	*
29 ♀	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	54 19 15	*
30 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	54 5 10	*
	12 0 0	Eadem Altitudo Solis	54 5 5	
Aug. 2 ♂	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	53 20 10	Quad. Azim.
	12 0 0	Azimuth. 1° 45	53 18 46	
3 ☿	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	53 4 30/40	*
4 ♃	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	52 48 30	
	12 0 0	Eadem Altitudo Solis	52 48 20	
9 ♂	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	51 25 10	*
10 ♀	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	51 7 40	*

Sol in Cancro.

Sol in Cancro.

Sol in Leone.

Sol in Leone.

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis & Saturni.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Aug. 11 Die ♀ manè.	12 59 30	Altitudo Lucidæ Aquilæ	32 39 0	Quad. p. O.	
	1 6 20	Eadem Altitudo	31 53 0		
	1 16 0	Distantia ☽ a Marcab Pegasi	25 14 20	Sext. M. O.	Jupiter in 4 Grad. Arietis Retrogradus Merid.
		Eadem distantia	25 14 20		
		Denuò	25 14 20		
	1 24 30	Distantia ☽ à Lucidâ ♈	31 47 15	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	31 47 10		
	1 36 0	Denuò	31 47 15		
	2 6 0	Distantia ♄ à Palilicio	16 41 40	Sext. M. O.	
		Posthac nubes intervenére, ut nihil quicquam amplius observatum fuerit. Statueram quidem Conjunctionem satis arctam ♄ ♂ & ☽ hâc die diligenter annotare; sed ob nubes obscurissimas intercurentes spe omninò frustratus sum.			Conjunctio Saturni, Martis & Lunæ haud potuit observari.
		Nova Stella in Collo Ceti hâc die nondum apparuit; Altera verò in pectore Cygni instar minutissimæ Stellulæ videbatur, vix ac ne vix in oculos occurrebat.			Nova Stella in Collo Ceti nondum aderat.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Solis & Fixarum.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Aug. 13 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	50 13 0		Sol in Leone.
Aug. 14 Die ☉ vesp.	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	49 54 20		
	9 30 0	Schedir à Capite Cassiopeæ	2 41 20	Sext. M. O.	Stellæ Cassiopeæ à se invicē.
		Eadem distantia	2 41 25	Transp. pinnaculis	
	10 0 0	Lucida Cathedræ à Capite Cassiopeæ	6 29 20	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	6 29 30	*	
		Ad Coxas & Schedir Cassiopeæ	4 41 10	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	4 41 10		
		Supra mediam Caudæ Ursæ Maj. & Arcturus	41 27 30	*Sext. M. O.	IH
		Eadem distantia	41 27 35	Arcturus in Refr 13° circ.	6 magn. Ursæ Major.
		Supra Collum Ursæ Majoris duarum minimarum superior, & Ultima Caudæ Ursæ Majoris.	29 33 55	Sext. M. O.	IH
			29 34 0		5 magn.
	11 30 0	Latus seq. Ursæ Majoris, & Ultima Caudæ Ursæ Majoris.	22 12 10	Sext. M. O.	IH
			22 12 10		6 magn.
	12 0 0	Latus præced. Ursæ Majoris aliarum Major & Lucidior; & Ultima Caudæ Ursæ Majoris.	30 36 25	Sext. M. O.	IH
			30 36 30		5 magn.
		In ore Ursæ Majoris, & Ultima Caudæ Ursæ Majoris	45 42 45	*Sext. M. O.	IH
			45 42 40		6 magn.
		Ad podicem Herculis & Lucida Aquilæ	53 9 10	*Sext. M. O.	IH
		Eadem distantia	53 9 15		5 magn.
		Ad sinistrā Tibiā Herculis & Pectus Cygni	26 25 0	*Sext. M. O.	IH
		Eadem distantia	26 25 10		6 magn.
	1 0 0	Informis ante Delphinum & Marcab Peg.	41 2 30	Sext. M. O.	IH
		Eadem distantia	41 2 25		6 magn.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis, Saturni, Martis & Veneris.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Aug. 15 Die ☽ man.	1 24 30	Altitudo Capellæ	37 4 0	Quad. p. O.
	1 27 15	Eadem Altitudo	37 28 0	

ANNO M. DC. LXXVIII.

	Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis, Saturni, Martis & Veneris.	Distantia & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Jupiter in 4 Gr Arietis Retrogradus Merid.	Aug. 15 Die ☽ manè	1 36 30	Distantia ♃ à Marcab Pegasi	25 9 5	*Sext. M. O.
			Eadem distantia	25 9 10	
		1 44 30	Distantia ♃ à Lucidâ ♈	31 57 20	Sext. M. O.
			Eadem distantia	31 57 20	
		2 6 0	Distantia ♄ à Lucidâ ♈	49 39 5	Sext. M. O.
			Eadem distantia	49 39 0	
Mars Directus in 25 Grad. Geminorum Merid. Desc.		2 17 0	Distantia ♂ à Lucidâ ♈	52 9 0	Sext. M. O.
			Eadem distantia	52 9 5	
		2 23 30	Distantia ♂ à dextro humero Aurigæ	21 22 50	*Sext. M. O.
			Eadem distantia	21 22 45	
		2 28 30	Distantia ♂ à Castore ♊	23 4 10	Sext. M. O.
			Eadem distantia	23 4 10	
Venus in 13 Grad. Cancri Directa Merid. Ascend.		2 36 20	Distantia ♀ à Castore ♊	12 5 35	Sext. M. O.
			Altitudo ♀ circ.	13 0 0	Quad. p. O.
			Distantia ♀ à Castore ♊ dub.	12 6 50	Sext. M. O.
			Altitudo ♀ circ.	14 0 0	Quad. p. O.
		2 47 0	Distantia ♀ à Castore ♊	12 5 50*	Sext. M. O.
			Altitudo ♀ circ.	14 20 0	Quad p. O
		2 52 30	Distantia ♀ à Palilicio	36 40 30	Sext. M. O.
			Altitudo ♀ circ.	15 15 0	Quad. p. O.
		2 59 0	Distantia ♀ à Palilicio	36 41 30	Sext. M. O.
			Altitudo ♀ circ.	16 0 0	Quad. p. O.
		3 3 30	Altitudo Capellæ	50 24 0	Quad. p. O.
		3 7 30	Eadem Altitudo	50 55 0	
Nova in Collo Ceti adhuc delituit.			Nova in Collo Ceti nondum apparuit.		
Sol in Leone.			Altitudo Meridiana Solis	49 35 45/40*	Quad. Az. M.

	Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Fixarum.	Distantia & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
IH 6 magn.	Augusti. 15 Die ☽ vesp.	9 0 0	Delphinum seq. informium superior, & Marcab Pegasi	31 12 45	Sext. M. O.
				31 12 40	
IH 6 magn. paullò major			Delphinum sequentium media, & Marcab Eadem distantia	31 23 15	Sext. M. O.
				31 23 20	
IH 6 magn. Omnium clarior			Delphinum sequentium infima, & Marcab Pegasi	31 1 45	Sext. M. O.
				31 1 0	
IH 6 magn.		10 0 0	In Tergo Asterionis ultima & Lucida Corona	23 22 10	Sext. M. O.
			Eadem distantia	23 22 10	
IH 6 magn.			Supra Cingulum Bootis in Tergo, & Caput Herculis	36 18 40	Sext. M. O.
				36 18 35	
			Supra Cingulum Bootis in Tergo & Tergum Herculis	23 52 20	Sext. M. O.
				23 52 10	
IH 6 magn.			Sub sinistro Humero Bootis & Caput Herculis	44 46 0	*Sext. M. O.
			Eadem distantia	44 46 10	
IH		11 30 0	Ad sinistram Tibiam Herculis & Cauda Aquilæ	32 4 45	Sext. M. O.
			Eadem distantia	32 4 45	
Sol in Leone.	Aug. 16 ♂ 17 ☿		Altitudo Meridiana Solis	49 16 40*	Quad. Az. M.
			Altitudo Meridiana Solis	48 57 50	

	Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Solis & Fixarum.	Distantia & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Sol in Leone.	Augusti. 19	Die ☿ vesp.	Altitudo Meridiana Solis	48 18 35	Quad. Az. M.

Anno

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec	Observationes Fixarum & Solis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Auguſt. 19 Die ♀ veſp.	9 0 0	Supra Tergum Urſæ Majoris & Arcturus	43 31 15	Sext. M. O.	IH
		Eadem diſtantia	43 31 15		6 magn.
	10 0 0	Sub Capite Anſeris & Marcab Pegaſi	53 51 50	Sext. M. O.	IH
		Eadem diſtantia	53 51 50		6 magn.
	10 30 0	In Latere ſequens Vulpec. & Marcab Peg.	39 12 10	Sext. M. O.	IH 6 magn.
	11 0 0	Caudam ſequens Vulpeculæ & Marcab	20 5 0	*Sext. M. O.	IH
		Eadem diſtantia (Pegaſi	20 5 10		6 magn.
		In Cuſpide alæ dextræ Pegaſi & Lucida ♈	22 46 45	Sext. M. O.	IH
		Eadem diſtantia	22 46 40		6 magn.
	12 0 0	In Cuſpide alæ dextræ Pegaſi & Cingulum	21 40 40	*Sext. M. O.	Pegaſus ab Ariete & Andromedâ.
		Eadem diſtantia Andromedæ	21 40 30		
Aug. 22 ☽	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	47 17 50*	Quad. Az. M.	Sol in Virgine.
24 ☿		Altitudo Meridiana Solis	46 37 0	*	
26 ♀		Altitudo Meridiana Solis	45 55 30	*	
Aug. 27 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	45 34 0	Quad. Az. M.	
28 ☉		Altitudo Meridiana Solis	45 13 30	*	
29 ☽		Altitudo Meridiana Solis	44 51 50		
31 ☿		Altitudo Meridiana Solis ruditer	44 8 20		
Sept. 3 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis dub.	43 2 45	Quad. Az. M.	
4 ☉		Altitudo Meridiana Solis	42 40 20	*	

Mens. Dies	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Solis & Fixarum.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Septembr. 9	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	40 46 40*	Quad. Az. M.	Sol in Virgine.
Septembr. 9 Die ♀ veſp.	10 0 0	Scheat a Capite Meduſæ Cœlo ſubnubilo	50 55 25	Sext. M. O.	
		Nubes intervenêre, quò minùs plura fuerint obſervata. Novam Stellam in Collo Ceti ob nubeculas animadvertere haud potui; puto tamen nondum adfuiſſe.			Novæ Stella nondum adfuit.
Sept. 10 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	40 23 40*	Quad. Az. M.	Sol in Virgine.
		Eadem Altitudo Solis	40 23 35		
11 ☉		Altitudo Meridiana Solis dub.	40 1 30		
13 ♂		Altitudo Meridiana Solis	39 15 15	*	
14 ☿		Altitudo Meridiana Solis	38 52 0	*	
15 ♌		Altitudo Meridiana Solis	38 28 50	*	
		Eadem Altitudo Solis	38 28 45		

Mens. Dies	Temp. secundū horolog. ambul Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis & Saturni.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec	Quo Instrumento.	
Sept. 16 Die ♀ manè	11 58 40	Altitudo Oris Pegaſi	37 26 0	Sext. M. O.	
	12 2 45	Eadem Altitudo	36 57 0		
	12 13 0	Diſtantia ♌ à Lucidâ ♈	35 13 40	Sext. M. O.	Jupiter in 30 Grad. Piſcium Retrog. Merid.
		Eadem diſtantia	35 13 45		
		Denuò	35 13 40		
	12 29 30	Diſtantia ♌ à Marcab Pegaſi	23 31 15	Sext. M. O.	
		Eadem diſtantia	23 31 30		
		Rurſus	23 31 15		
	12 44 30	Diſtantia ♄ à Palilicio	18 52 15	Sext. M. O.	Saturnus in 25 Grad. Geminorum Directus Merid.
		Eadem diſtantia	18 52 20		
		Denuò	18 52 15		
	12 57 30	Diſtantia ♄ à dextro humero Aurigæ	22 52 50	Sext. M. O.	
		Eadem diſtantia	22 52 20		
		Rurſus	22 52 20		

ANNO M. DC. LXXVIII.

	Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Martis & Fixarum.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
	Sept. 16 Die ♀ vesp.	2 0 0	Nodus Lini & Palilicium	40 13 20	Sext. M. O.
			Eadem distantia	40 13 35	
Mars in 15 Gr. Cancri Directus Septentr.		2 10 0	Distantia ♂ à sinistro Humero Orionis	32 41 10	Sext. M. O.
			Eadem distantia	32 41 5	*
		2 20 0	Distantia ♂ à Cornu Bor. ♉	26 46 30	Sext. M. O.
		2 27 30	Altitudo Marcab Pegasi	34 16 0	Quad. p. O.
		2 31 20	Eadem Altitudo	33 44 0	
			Nova in Collo Ceti nondum conspecta.		
Sol in Virgine.	Sept. 17 ♄		Altitudo Meridiana Solis	37 42 50*	Quad. Az. M.
	18 ☉		Altitudo Meridiana Solis	37 19 40*	Quad. Az. M.
	Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Fixarum & Jovis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Pegasus & Perseus.	Sept. 18 Die ☉ vesp.	9 0 0	Scheat Pegasi & Algol Medusæ	50 55 15	Sext. M. O.
			Eadem distantia	50 55 10	Cum Typogr.
			Denuò	50 55 15	
			Eadem distantia	50 55 15	* Cum Uxore.
			Rursùs	50 55 25	
			Denuò	50 55 15	
			Iterum	50 55 15	
			Eadem distantia	50 55 30	Cum Dn. Crügero
			Denuò	50 55 10	
			Extrema alæ Pegasi & secunda Lini Bor.	18 51 15	Sext. M. O.
			Eadem distantia (Piscium	18 51 10*	
		10 11 45	Altitudo Lucidæ Aquilæ	35 4 0	Quad. p. O.
		10 15 0	Eadem Altitudo	34 46 0	
Jupiter in 30 Grad. Piscium Retrog. Merid.		10 24 30	Distantia ♃ à Marcab Pegasi	23 22 20	Sext. M. O.
			Eadem distantia	23 21 45	
			Denuò	23 21 45	
		10 36 0	Distantia ♃ à Lucidâ ♈	35 34 45	Sext. M. O.
			Eadem distantia	35 35 0	
			Rursùs	35 35 0	
		10 46 15	Altitudo Lucidæ Aquilæ	31 10 0	Quad. p. O.
		10 51 0	Eadem Altitudo	30 37 0	
Nova in Collo Ceti nondum aderat.			Nova in Collo Ceti nondum affulsit.		
	Sept. 19 ☽	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	36 56 35*	Quad. Az. M.
Sol in Virgine.	20 ♂		Altitudo Meridiana Solis	36 33 30 *	
	21 ☿		Altitudo Meridiana Solis	36 10 20 *	
Æquinoctium Autumnale.	22 ♃		Altitudo Meridiana Solis	35 46 35 *	
	Sept. 23 ♀	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	35 22 40*	Quad. Az. M.
			Eadem Altitudo Solis	35 22 45	
Sol in Libra.	24 ♄		Altitudo Meridiana Solis	34 59 20	
	25 ☉		Altitudo Meridiana Solis	34 36 0	
	26 ☽		Altitudo Meridiana Solis	34 12 25 *	
	Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis, Saturni & Martis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
	Sept. 27 Die ♂ manè	1 51 30	Altitudo Capitis Andromedæ	53 31 0	Quad. p. O.
		1 55 0	Eadem Altitudo	53 9 0	
Jupiter in 29 Grad. Piscium Retrog. Merid.		2 6 0	Distantia ♃ à Lucidâ ♈	36 36 40*	Sext. M. O.
			Eadem Altitudo	36 36 45	

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis, Saturni, Martis & Solis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.			Quo Instrumento.	
Sept. 27 Die ♂ manè	2 13 0	Distantia ♃ à Scheat Pegasi	32	55	25	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	32	55	25		
	2 22 0	Distantia ♄ à Palilicio	19	9	20	*Sext. M. O.	Saturnus Directus properans ad Stationem in 25 Grad. Geminorum.
		Eadem distantia	19	9	25		
	2 31 30	Distantia ♄ à dextro Humero Aurigæ	22	53	55	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	22	54	0	*	
		Denuò	22	54	5		
	2 42 0	Distantia ♂ ab Humero sinistro Orionis	38	9	5	Sext. M. O.	Mars in 25 Grad. Cancri Directus Sept.
	2 52 0	Eadem distantia	38	9	15		
		Rursùs	38	9	15		
	2 57 0	Distantia ♂ à Cornu Bor. ♉	32	57	35	Sext. M. O.	
	3 2 0	Eadem distantia	32	57	10		
	3 8 0	Rursùs	32	57	35		
	3 12 30	Altitudo Capitis Andromedæ	43	10	0	Quad. p. O.	
	3 15 30	Eadem Altitudo	42	41	0		
		Nova Stella in Collo Ceti ob Cœlum subnubilum, & ☽ splendorem nondum videri potuit.					
	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	33	49	15	*Quad Az. M	Sol in Librâ.
	12 0 0	Eadem Altitudo Solis	33	49	10		
Sept. 30 ♀	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	32	39	5*	Quad. Az. M.	
	12 0 0	Eadem Altitudo Solis	32	39	0		
Octob. 2 ☉	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis dub.	31	52	0*	Quad. Az. M.	
3 ☽	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	31	28	30		
5 ☿	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	30	42	20	*	
	vesperi	Nova in Collo Ceti primùm hâc die affulsit: citiùs ob Lunæ præsentiam deprehendi haud potuit.					Novæ in Collo Ceti prima apparitio.
Octob. 6 ♃	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	30	19	5*	Quad. Az. M.	Sol in Librâ.
8 ♄	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	29	33	0	*	

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis, Saturni & Martis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.			Quo Instrumento.	
Octobr. 10 Die ☽ manè.	2 37 15	Distantia ♃ à Scheat Pegasi	32	47	10	Sext. M. O.	Jupiter in 27 Grad Piscium Merid. Desc. Retrogradus.
		Eadem distantia	32	47	10		
		Altitudo ♃ circ.	15	30	0	Quad. p. O.	
	2 49 0	Distantia ♃ à Nodo Lini Bor. Piscium	29	3	35	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	29	3	40		
		Altitudo ♃ circ.	14	0	0	Quad. p. O.	
	2 54 30	Altitudo Lucidæ ♈	49	23	0	Quad. p. O.	
	3 2 0	Distantia ♄ à Palilicio	19	12	20	Sext. M. O.	Saturnus à Statione recens in 25 Grad Geminorum Merid. Asc. Retrogr.
		Eadem distantia	19	12	40		
		Rursùs	19	12	20		
	3 14 0	Distantia ♄ à dextro Humero Aurigæ	22	53	45*	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	22	53	40		
	3 27 30	Distantia ♂ à Procyone	18	12	10	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	18	12	20		
	3 32 0	Iterum	18	12	15	*	
	3 40 0	Distantia ♂ à Cornu Aust. ♉	37	41	10	Sext. M. O.	Mars in 29 Gr. Cancri Directus Septentrion.
		Eadem distantia	37	41	25		
		Denuò	37	41	15	*	
	3 53 0	Distantia ♂ à Regulo ♌	27	28	40	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	27	28	25		

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Lunæ & Veneris.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Octob. 10 Die ☽ manè	4 1 0	Distantia ☽ Limb. Orient. à Procyone	26 25 30	Sext. M. O.
	4 3 0	Eadem distantia	26 27 30	
	4 5 0	Denuò Cœlo subnubilo	26 29 30	
	4 32 0	Altitudo Reguli circ.	26 6 0	Quad. p. O.
	4 54 30	Altitudo Reguli Mediocriter	29 15 0	Quad. p. O.
	4 58 15	Eadem Altitudo Obvent. & nub.	29 43 0	
	5 9 0	Distantia ♀ à sub Caudâ Ursæ Majoris	38 44 30	Sext. M. O.
		Altitudo ♀ circ.	12 30 0	Quad. p. O.
	5 17 0	Distantia ♀ à Regulo ♌	23 12 15	Sext. M. O.
		Altitudo ♀ circ.	13 30 0	Quad. p. O.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Solis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Octobr. 10 Die ☽	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	28 47 5	Quad. Az. M.
		Eadem Altitudo Solis	28 47 10	
	vesperi	Nova in Collo Ceti jam splendente Lunâ Corniculatâ decrescente satis clarè instar Stellulæ quintæ magnitudinis apparuit: minor nihilominùs illâ ad Genam Ceti deprehendebatur.		
Octob. 11 Die ♂	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	28 24 30	Quad. Az. M.
	vesperi	Nova in Collo Ceti instar Stellæ 4 magn. affulgebat: erat ferè ejusdem magn. ac claritatis ac illa ad Rostrum, vel illa in fronte Orientalis Ceti, sic ut evidentissimè crescere videretur.		
Octob. 12 Die ☿	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	28 2 20	Quad. Az. M.
	vesperi	Nova in Collo Ceti jam paullò major mihi videbatur; sic ut ad magnitud. ferè illius ad Genam accederet.		
Octobr. 15 Die ♄		Altitudo Meridiana Solis	26 55 20	Quad. Az. M.
		Eadem Altitudo Solis	26 55 15	
Octob. 16 Die ☉	vesperi	Nova in Collo Ceti mirè jam creverat, sic ut illi in ore Ceti non solùm æquaretur, sed eam ferè magnitudine vinceret.		

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis & Solis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Octob. 18 Die ♂ vesp.	10 4 0	Distantia ♃ à Lucidâ ♈	39 4 15	Sext. M. O.
		Eadem distantia	39 4 10	
		Plures Observationes peragi haud potuerunt, ob nubes intercurrentes cœlumq; nubilum. Nova verò in Collo Ceti major illâ in ore Ceti, & minor, quàm Mandibula apparuit.		
Octob. 19 ♀	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	25 27 10	Quad. Az. M.
Octob. 20 Die ♃ vesp.		Nova in Collo Ceti evidentissimè crescere visa est; haud parùm hâc die major affulsit, ac illa in ore Ceti; attamen ad magnit. Mandibulæ nondum omninò pervenerat.		
Octobr. 22 Die ♄	vesperi	Nova in Collo Ceti adhuc paullò minor Mandibulâ Ceti vegetiori tamen Lumine micabat.		

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Solis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Octobr. 23 Die ☉ vesp.	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	24 2 0	Quad. Az.

Luna in Leone circa limitem Australem.

Venus in 19 Gr. Virginis Directa Septentrion.

Sol in Librâ.

Nova in Collo crescit.

Sol in Librâ.

Nova in Collo æqualis Stellæ quartæ magnit.

Sol in Librâ.

Nova in Collo æquatur Stellis tertiæ magn.

Nova in Collo magis magisq; crescit.

Sol in Librâ.

Nova in Collo Ceti minor Mandibulâ.

Sol circa initium Scorpii.

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies St. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Lunæ, Jovis, Saturni & Solis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Octobr. 23 Die ☉ vesp.	8 44 40	*Altitudo Lucidæ Aquilæ*	31 34 0	*Quad. p. O.*	*Luna in Aquario & maximâ Latitudine Meridionali*
	8 48 30	*Eadem Altitudo*	31 8 0		
	8 54 0	*Distantia ☽ Limb. occid. à Marcab Peg.*	42 6 25	*Sext. M. O.*	
		Altitudo ☽ Limbi superioris circ.	17 30 0	*Quad. p. O.*	
	9 1 30	*Distantia Lunæ Limb. occid. à Marcab.*	42 2 0	*Sext. M. O.*	
	9 5 0	*Distantia ☽ Limb. occid. à Marcab.*	41 59 20	*Sext. M. O.*	
		Altitudo ☽ Limb. superioris circ.	16 30 0	*Quad. p. O.*	
	9 16 30	*Distantia ☽ Limb. occid. ab Aquilâ*	26 58 50	*Sext. M. O.*	
		Altitudo Lunæ Limb. superioris circ.	15 45 0	*Quad. p. O.*	
	9 21 0	*Distantia ☽ Limb. occid. ab Aquilâ*	26 59 40	*Sext. M. O.*	
	9 23 30	*Eadem distantia*	27 0 0		
		Altitudo ☽ Limb. superioris circ.	15 15 0	*Quad. p. O.*	
	9 32 0	*Distantia ♃ à Marcab Pegasi*	21 52 20	*Sext. M. O.*	*Jupiter in 26 Grad. Piscium Meridion. Retrogradus*
		Eadem distantia	21 52 20		
	9 42 0	*Distantia ♃ à Lucidâ ♈*	39 29 10	*Sext. M. O.*	
		Eadem distantia	39 29 30		
		Denuò	39 29 30		
		Altitudo Meridiana ♃ Mediocriter	32 18 0	*Quad. p. O.*	
	10 17 30	*Distantia ♄ à dextro Humero Aurigæ*	22 55 40	*Sext. M. O.*	*Saturnus in 25 Grad. Geminorum Meridion. Ascend. Retrog.*
		Eadem distantia	22 55 20		
		Rursùs	22 55 40		
	10 35 0	*Distantia ♄ à Lucidâ ♈*	51 40 20	*Sext. M. O.*	
		Eadem distantia	51 40 30		
		Denuò	51 40 20		
	10 45 0	*Distantia ♄ à Palilicio*	18 56 35	*Sext. M. O.*	
		Eadem distantia	18 56 35		
	10 50 0	*Altitudo oris Pegasi*	30 20 0	*Quad. p. O.*	
	10 53 0	*Eadem Altitudo*	29 54 0		
		Nova in Collo Ceti ferè ad magnitudinem Mandibulæ accedebat; & etiamsi Luna haud procul abesset, clarè tamen admodùm fulgebat.			*Nova adhuc crescit.*
Oct. 27 ♃	12 0 0	*Altitudo Meridiana Solis*	22 40 25*	*Quad. Az. M.*	*Sol in Scorpione*

Eclipsis Lunæ Totalis

Anno 1678, *Die Saturni*, 29 *Octobr. St. N. Vesp.*

TOtus hic Dies à summo manè ad ipsam vesperam nubilosus, & pluviosus omninò extitit, sic ut vix spes aliqua superfuerit, vel quicquam de illo Deliquio obtinendi: nihilo tamen minùs ad illam observationem debitè nos accinximus, quò, si nubes illæ tenaces, & vapores totum Cœlum obtegentes, præter spem fortè dehiscerent, minimùm aliquid annotarem. Sed ingruente Eclipsi, ne vestigium quidem Lunæ affulsit, ut nihil penitùs ad horam usq; 11 noctis deprehendi potuerit. Posthac verò lucula quasi per densissimos illos vapores, quibus totum Cœlum erat obductum, emicuit, instar luminis alicujus Stellæ primæ magnitudinis; sed ex ejus incremento protinùs deprehendimus ipsam esse Lunam ex umbrâ jam emergentem. Conspeximus itaq; horâ 11 20', juxta horologium ambulatorium (quod an

Deliquium hoscce debitè observari haud potuit

Circa finem Luna emicuit.

ANNO M. DC. LXXVIII.

Luna adhuc erat obscurata ex parte.

præcisè omninò tempus exhibuerit correctum, cùm id corrigi, ob deliteſcentes ſtellas haud potuerit, affirmare vix posſum) notabilem umbræ particulam adhuc in Lunâ hærere, ac ita Eclipſin minimè omninò esſe præteritam, etiamſi calculus Rudolphinus finem ejus indigitaverit hor. 11 13′. Id quod tum Teleſcopio 12 pedum, tum nudis oculis ſatis diſtinctè animadvertimus. Per quas verò Maculas umbræ ſectio eo ipſo articulo temporis, cùm primùm Luna in conſpectum nobis veniret, tranſierit, denſiores illæ exhalationes exquiſitè diſtinguere prohibuerunt. Nam, etſi Limbus integer ſatis nitidus apparuerit, nullam tamen Maculam diſcernere potuimus. Quantum itaq; dijudicare licuit, umbra illa obſcurior ad horam usq; 11 36′ ferè in Lunâ perſeveravit, ac penumbra ad horam ferè 11 49′; quo tempore limbus rursùs occiduus cum limbo orientali, ratione luminis, quantum diſtinguere dabatur, omninò conveniebat: ita ut primùm horâ ut dixi 11 49′ circiter Eclipſis hæc planè fuerit finita.

Quando finis Eclipſeos extiterit.

Quando Luna à penumbrâ penitùs fuerit liberata.

Ex quâ etſi rudiori Obſervatione, ſatis tamen abundè patet, hanc Eclipſin Lunarem, quoad finem ad 20 Minut. integra propemodùm tardius ingruiſſe; & per conſequens etiam ſine dubio initium (quod Calculus Rudolphinus horâ 7 50′ 9″ promiſerat) haud citiùs incidiſe. Anverò res hæc ſeſe ita reverà habeat, aliorum Obſervationes, qui benigniorem Cœlum habuerunt, oſtendent. Utinam & nobis benignitas aëris annuiſſet, & nos potuiſſemus certiora quædam de his omnibus pronuntiare, ſimul etiã de tranſitu Lunæ ad Stellulam quandam in dextro pede poſteriori Arietis ſitam nonnulla referre; qui tranſitus ipsâ nocte celebrari, ex meâ opinione, debebat: num verò hoc ipſum acciderit, tum quousq; Luna ad dictam Stellulam accesſerit, alii, ſine dubio, ſuo tempore nobis pleniùs detegent.

Eclipſis hæc multò tardiùs finita, quàm Calculus indicavit.

Eâ ipsâ nocte tranſitus Lunæ & Stellæ contigit.

Menſ. Dies ſt. n.	*Temp. ſecundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.*	**Obſervationes** Novæ in Collo Ceti.	*Diſtantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.*	*Quo Inſtrumento.*
Nov. 2 Die ☿	*veſperi*	*Nova in Collo Ceti ob Cœlum minimè ſerenum hucusq; non conſpecta: at hodie jam major & clarior videbatur, quàm Mandibula Ceti, licet Lunâ clariſſimis radiis affulgente.*		
Menſ. Dies ſt. n.	*Temp. ſecundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.*	**Obſervationes** Jovis & Saturni.	*Diſtantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.*	*Quo Inſtrumento.*
Novemb. 3 Die ♃ veſp.		*Altitudo Meridiana ♃ circ.*	32 8 0	*Quad. p. O.*
	9 25 15	*Altitudo Oris Pegaſi*	33 58 0	*Quad. p. O.*
	9 31 0	*Eadem Altitudo*	33 14 0	
	9 38 0	*Diſtantia ♃ à Lucidâ ♈*	40 11 20	*Sext. M. O.*
		Eadem diſtantia	40 11 25	
		Denuò	40 11 20	
	9 49 0	*Diſtantia ♃ à Marcab Pegaſi*	21 37 20	*Sext. M. O.*
		Eadem diſtantia	21 37 30	
		Rurſus	21 37 20	
	10 [illegible]2 0	*Diſtantia ♄ à Palilicio*	18 29 40	*Sext. M. O.*
		Eadem diſtantia	18 29 45	
		Denuò	18 29 40	
	10 11 30	*Diſtantia ♄ à dextro humero Aurigæ*	22 58 45	*Sext. M. O.*
		Eadem diſtantia	22 58 50	

Nova in Collo jam major Stellis 2 magn.

Jupiter in 25 Grad. Piſcium Retrogr. Merid.

Saturnus in 24 Grad. Geminorum Retrograd. Meridionalis.

Annò

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Lunæ.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Novemb. 3 Die ♌ vesp.	10 26 0	Distantia ☽ Limb. super. à Castore ♊	15 19 15	Sext. M. O.	Luna in Cancro circa limitem Austrinum.
		Altitudo ☽ Limb. inf. circ.	15 0 0	Quad. p. O	
	10 33 0	Distantia ☽ Limb. sup. à Castore ♊	15 18 0	Sext. M. O.	
	10 39 0	Distantia ☽ Limb. sup. à Palilicio	39 41 20	Sext. M. O.	
		Altitudo ☽ Limb. inferioris circ.	17 0 0	Quad. p. O.	
	10 44 0	Distantia ☽ Limb. sup. à Palilicio	39 43 40	Sext. M. O.	
	10 46 40	Eadem distantia	39 45 0		
	10 50 10	Altitudo Pollucis ♊	24 20 0	Quad. p. O.	
	10 53 20	Eadem Altitudo	24 56 0		
		Nova in Collo Ceti major & lucidior Mandibulâ Ceti.			Nova in Collo Ceti.
Nov. 4 Die ♀	vesperi	Præsentibus quibusdam viris Illustribus Saturnus, Jupiter cum Lunâ non nisi diversis Telescopiis observati. Nova v. Stella tam mole, quàm Lumine adhuc crescere videbatur. Mandibulâ namq; Ceti evidentissimè major cùm lucidior, tum albicantior apparuit. Nova autem in pectore Cygni instar Stellæ 7 magnitudinis tantummodò visa, sic ut agre in oculos omnium incurreret.			Nova in Collo Ceti magnitudine & claritate aucta.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Solis, Jovis & Saturni.	Distantiæ & Altitudines Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Novemb 7	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis dub.	19 11 40	Quad. Az. M	Sol in Scorpione.
Novemb. 7 Die ☽ vesp.	8 21 15	Altitudo Lucidæ Aquilæ	27 28 0	Quad. p. O.	
	8 25 15	Eadem Altitudo	26 53 0		
	8 33 0	Distantia ♌ à Lucidâ ♈	40 21 45	Sext. M. O.	Jupiter in 25 Grad. Piscium Retrogr. Merid.
		Eadem distantia	40 21 25		
		Rursùs	40 21 45		
	8 46 0	Distantia ♌ à Marcab Pegasi	21 32 45	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	21 33 0		
		Denuò	21 32 50*		
		Altitudo Meridiana ♌ circ.	31 59 0	Quad. p. O.	
	9 14 0	Distantia ♄ à Palilicio	18 16 25	Sext. M. O.	Saturnus in 24 Grad. Geminorum Retrograd. Meridion.
		Eadem distantia	18 16 45		
		Denuò	18 16 25		
	9 27 0	Distantia ♄ à dextro Humero Aurigæ	23 0 0	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	22 59 40		
		Rursùs	23 0 0		
	9 37 30	Altitudo Oris Pegasi	32 40 0	Quad. p. O.	
		Nova Stella in Collo Ceti major & lucidior Mandibulâ Ceti, vix quicquam minor, quàm Lucida ♈			Nova in Ceto vix minor Lucidâ Arietis.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec	Observationes Lunæ & Martis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Novemb. 8 Die ♂ manè	5 18 15	Altitudo dextri Humeri Orionis	34 50 0	Quad. p. O.	
	5 27 0	Distantia ☽ Limb. super. ab illâ sub caudâ Ursæ Majoris	46 47 40	Sext. M. O.	Luna in Virgine Merid. & Apogæa.
	5 30 30		46 47 40		
	5 37 0	Distantia ☽ Limb Orient. à Polluce ♊	49 13 30	Sext. M. O.	
	5 42 30	Eadem distantia dub.	49 13 0		
	5 45 30	Rursùs	49 14 20		
	5 53 0	Distantia ♂ à Castore ♊	26 46 20	Sext. M. O.	Mars in 12 Grad. Leonis Directus Sept.
		Eadem distantia	26 46 10	*	
	6 4 30	Distantia ♂ à Coxâ Ursæ Majoris	47 1 25/20	*Sext. M. O.	

Anno

ANNO M. DC. LXXVIII.

Menſ. Dies ſt. n.	Temp. ſecundũ horolog. ambul. Hor. Min Sec.	Obſervationes Mercurii, Veneris & Solis.	Diſtantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec	Quo Inſtrumento.
Novemb. 8 Die ☿ manè	6 21 30	Diſtantia ☿ à Caudâ ☊	40 38 50	Sext. M. O.
		Altitudo ☿ circ.	4 0 0	Quad. p. O.
	6 27 0	Diſtantia ☿ à Caudâ ☊	40 40 0	Sext. M. O.
		Altitudo ☿ circ.	5 0 0	Quad. p. O.
	6 46 0	Diſtantia ♀ à Caudâ ☊	38 31 35	Sext. M. O.
		Altitudo ♀ circ.	8 45 0	Quad. p. O.
	6 48 0	Diſtantia ♀ à Caudâ ☊	38 31 30	Sext. M. O.
	6 57 0	Diſtantia ☿ ab Arcturo	29 26 35	Sext. M. O.
		Altitudo ☿ circ.	8 30 0	Quad. p. O.
	7 0 30	Diſtantia ☿ ab Arcturo	29 25 40	Sext. M. O.
		Altitudo ☿ circ.	9 0 0	Quad. p. O.
Venus in 25 Gr. Libræ Directa Septentr.	7 5 0	Diſtantia ♀ ab Arcturo	29 42 50	Sext. M. O.
		Altitudo ♀ circ.	11 0 0	Quad. p. O.
	7 9 0	Diſtantia ♀ ab Arcturo	29 42 35	Sext. M. O.
		Altitudo ♀ circ.	11 30 0	Quad. p. O.
	7 13 30	Diſtantia ♀ ab Arcturo	29 42 50	Sext. M. O.
		Altitudo ♀ circ.	12 0 0	Quad. p. O.
Angulus profunditatis Solis ratione Mercurii.		Altitudo ☿ Sic ut profunditas Solis ſub Horiz. non niſi eo tempore extiterit.	10 45 0 / 3° vel 4°	Quad. p. O.
	7 21 40	Altitudo ♄ pro corrigendo tempore	31 19 0	Quad. p. O.
	7 25 0	Altitudo Sirii	6 34 0	
		Mercurius vix ac ne vix viſus in Altit.	12 30 0	Quad. p. O.
Sol in Scorpione	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	18 54 45	Quad. Az. M.

Menſ. Dies ſt. n.	Temp. ſecundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Obſervationes Jovis & Saturni.	Diſtantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Inſtrumento.
Altitud. Merid. Jovis	Nov. 8 Die ☿ veſp.	Altitudo ♃ Meridiana circ.	31 58 0	Quad. p. O.
		Sed Meridianum jam tranſierat	31 59 0	
	8 41 0	Altitudo Oris Pegaſi	34 30 0	Quad. p. O.
Jupiter in 25 Grad. Piſcium Retrog. Merid.	9 17 0	Diſtantia ♃ à Lucidâ ♈	40 24 0	Sext. M. O.
		Eadem diſtantia	40 23 45	*
		Rurſùs	40 23 40	
	9 32 0	Diſtantia ♃ à Marcab Pegaſi	21 32 20	Sext. M. O.
		Eadem diſtantia	21 32 40	
		Rurſùs	21 32 30	*
Saturnus in 24 Grad Geminorum Retrogr. Merid.	9 45 0	Diſtantia ♄ à Lucidâ ♈	50 59 15	Sext. M. O.
		Eadem diſtantia	50 59 10	
	9 54 0	Diſtantia ♄ à Palilicio	18 14 0	Sext. M. O.
		Eadem diſtantia	18 13 40	
		Denuò	18 14 0	
	10 7 0	Diſtantia ♄ à dext. Humero Aurigæ	23 0 30	Sext. M. O.
		Eadem diſtantia	23 0 30	
Nova in Collo Ceti ſplendidiſſimis radiis fulſit.	10 19 30	Altitudo Oris Pegaſi	26 23 0	Quad. p. O.
		Nova in Collo Ceti æqualis Lucidæ ♈, quà magnitudinem & ſplendorem.		

Menſ. Dies ſt. n.	Temp. ſecundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Obſervationes Martis.	Diſtantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Inſtrumento.
Mars in 12 Gr. Leonis Directus Sept. Aſc.	Novemb. 9 Die ☿ manè	4 57 15 Altitudo Palilicii	32 58 0	Quad. p. O.
	5 5 0	Diſtantia ♂ à Coxâ Urſæ Majoris	46 53 45	Sext. M. O.
		Eadem diſtantia	46 53 50	

Anno

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Martis, Lunæ, Veneris & Mercurii.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Novemb. 9 Die ☿ manè	5 21 0	Distantia ♂ à Castore ♊	27 6 45	Sext. M. O.	
	5 25 0	Eadem distantia Venus Oritur	27 6 45		
	5 32 0	Distantia ☽ Limb. Orient. à Regulo ♌	23 47 45	Sext. M. O.	Luna in Virgine Meridionalis.
	5 35 0	Eadem distantia	23 49 20		
	5 37 0	Denuò	23 49 40		
	5 42 0	Distantia ☽ Limb. super. ab illâ sub	44 25 45	Sext. M. O.	
	5 46 0	Caudâ Ursæ Majoris	44 25 25		
	6 9 0	Altitudo Merid. ♂; sed ruditer	54 34 0	Quad. p. O.	
	6 26 0	Distantia ☿ ab Arcturo	29 54 20	Sext. M. O.	Venus in 27 Grad. Libræ Directa Septentrionalis.
		Eadem distantia	29 54 20		
		Altitudo ☿ circ.	8 0 0	Quad. p. O.	
	6 51 30	Altitudo Arcturi ferè	32 24 0	Quad. p. O.	
	6 58 0	Altitudo ☿ circ.	10 30 0		
		Nubes crassiores & vapores obstiterunt, quò minùs hodie ☿ cum ☿ fuerit debitè observata. De ☿ non nisi unicam altitudinem impetravi; ex quâ tamen Angulus profunditatis Solis sub Horiz. clarè patet, eum nimirum non nisi 3° 30′ hâc die extitisse.			Angulus visionis Mercurii.
	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	18 37 0	Quad. Az. M	
Nov. 11 Die ☾	manè	Mercurius, Venus, Spica & Luna in unâ eâdemq; ferè rectâ haud procul ab invicem conspiciebantur, nisi quod Luna paullò altior extiterit; sed ob impedimenta hâc vice debitè observari haud potuerunt.			Tres Planetæ cum Spicâ in eâdem ferè rectâ.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Martis, Veneris & Mercurii.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Nov. 13 Die ☉ manè	5 35 0	Venus Oritur			
	5 42 40	Altitudo dextri Humeri Orionis	26 59 0	Quad. p. O.	
	5 45 0	Mercurius Oritur			
	5 47 30	Altitudo Meridiana ♂ circ.	54 30 0	Quad. p. O.	Mars in 14 Grad. Leonis Directus Sept.
	5 54 0	Distantia ♂ à sub Caudâ Ursæ Majoris	50 36 15	Sext. M. O.	
	5 59 0	Distantia ♂ à Castore ♊	28 32 15		
	6 19 30	Distantia ☿ a Caudâ ♌	44 29 30	Sext. M. O.	Venus in 2 Grad. Scorpii Boreal. Directa
		Altitudo ☿ circ.	7 0 0	Quad. p. O.	
	6 24 30	Distantia ☿ ab Arcturo	31 11 55	Sext. M. O.	
		Altitudo ☿ circ.	7 30 0	Quad. p. O.	
	6 29 0	Distantia ☿ ab Arcturo	31 27 10	Sext. M. O.	
		Altitudo ☿ circ	6 30 0	Quad. p. O.	
	6 36 0	Distantia ☿ à Caudâ ♌	46 39 0	Sext. M. O.	Mercurius in 4 Grad. Scorpii Directus Borealis.
		Altitudo ☿ circ	7 30 0	Quad. p. O.	
	6 43 0	Distantia ☿ à Spicâ ♍ circ.	14 35 0	Sext. M. O.	
	6 46 0	Distantia ☿ à Spicâ ♍ dub.	12 19 0		
		Distantia ☿ à ☿ ferè	2 16 0		
	6 49 30	Altitudo Arcturi	36 31 0	Quad. p. O.	
	6 53 0	Altitudo Mercurii circ.	9 30 0		
		Luna hâc vice haud potuit amplius videri, ut ut ☿ lucidissimè apparuerit. Angulus profunditatis Solis ratione Mercurii hodie rursùs non ultra 3 vel 3½ Grad. se se extendit.			Angulus Mercurii visionis
	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	17 31 0	Quad Az. M	
		Nova Stella major Mandibulâ, & haud minor, quam Lucidâ ♈, radiis splendidissimis micabat.			Nova Stella in Collo Ceti quantæ fuerit magnitudinis.

ANNO M. DC. LXXVIII.

Menſ. Dies ſt. n.	Temp. ſecundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec	Obſervationes Martis, Veneris, Mercurii & Solis.	Diſtantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Inſtrumento.
Nov. 14 Die ☽ manè	6 4 0	Diſtantia ♂ à ſub Caudâ Urſæ Majoris	50 21 5	Sext. M. O.
Mars in 14 Grad. Leonis Directus Sept.	6 10 0	Diſtantia ♂ à Caſtore ♊	28 51 45	
	6 13 45	Altitudo Pollucis ♊	54 42 0	Quad. p. O.
	6 17 30	Eadem Altitudo	54 12 0	
Venus in 3 Grad. Scorpii Directa Bor.	6 27 0	Diſtantia ♀ ab Arcturo	31 36 40	Sext. M. O.
		Altitudo ♀ circ.	6 30 0	Quad. p. O.
	6 34 0	Diſtantia ♀ à Spicâ ♍	13 11 11	Sext. M. O.
		Altitudo ♀ circ.	7 30 0	Quad. p. O.
Mercurius in 6 Grad. Scorpii Directus Sept.	6 49 0	Diſtantia ☿ à Caudâ ♌	48 28 40	Sext. M. O.
		Altitudo ☿ circ.	7 30 0	Quad. p. O.
	6 58 0	Diſtantia ☿ ab Arcturo	31 48 45	Sext. M. O.
		Sed ruditer tantùm. ☿ ob nubes vix in oculos incurrebat.		
	7 0 0	Altitudo ♂ ferè	51 12 0	Quad. p. O.

Menſ. Dies ſt. n.	Temp. ſecundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Obſervatio De Eclipſi Solis.	Diſtantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Inſtrumento.
Nov. 14 Die ☽ manè		Cùm hâc die nonnulli ſecundùm certas Tabulas ſpem nobis feciſſent, Eclipſin Solis in noſtro Horizonte tempore antemeridiano hor. ſc. 9 45′ fore conſpicuam. Idcircò (non attento, Tabulas Rudolphinas nullam prorsùs promittere) ſedulò huic obſervationi ab ipſo exortu Solis ad horam usq; undecimam, Cœlo ex voto annuente, operam dedimus, ac continuò ad diſcum Solis defixos intendimus oculos; ſed nihil penitùs in Sole deprehenſum eſt: Limbus namq; Solis totus integer & illæſus conſtanter permanſit: id quod hoc loco ſimul annotare volui.		
Nulla hâc Die extitit Eclipſis Solis.				
	12 0 0	Altitudo Meridiana Solis	17 15 20*	Quad. Az. M.

Menſ. Dies ſt. n.	Temp. ſecundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Obſervationes Martis & Mercurii.	Diſtantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Inſtrumento.
Nov. 15 Die ♂ manè	5 43 30	Altitudo dextri Humeri Orionis	24 59 0	Quad. p. O.
	5 47 0	Eadem Altitudo	24 32 0	
Mars in 15 Grad Leonis Direct. Sept.	5 54 0	Diſtantia ♂ à ſub Caudâ Urſæ Majoris	50 57 25	Sext. M. O.
	6 1 0	Diſtantia ♂ à Caſtore ♊	29 12 20	
	6 21 0	Diſtantia ☿ à Caudâ ♌	49 22 50	Sext. M. O.
		Altitudo ☿ circ	5 0 0	Quad. p. O.
Mercurius in 7 Grad. Scorpii Directus Sept.	6 32 0	Diſtantia ☿ ab Arcturo	32 46 0	Sext. M. O.
		Altitudo ☿ circ.	6 30 0	
	6 38 30	Altitudo Procyonis	29 41 0	Quad. p. O.
	6 42 0	Eadem Altitudo	29 22 0	
	6 44 0	Altitudo ☿ circ.	8 30 0	Quad. p. O.
Novæ Stellæ in Collo Ceti Magnitudo.		Nova in Collo Ceti haud minor Lucidâ ♈, radiis lucidiſſimis ac albicantibus fulgebat.		

Menſ. Dies ſt. n.	Temp. ſecundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Obſervationes Martis & Mercurii.	Diſtantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Inſtrumento.
Nov. 18 Die ☿ manè	5 51 30	Altitudo Lucidæ Coronæ	25 33 0	Quad. p. O.
	5 56 15	Eadem Altitudo	26 12 0	
Mars in 16 Grad. Leonis Directus Sept.	6 2 0	Diſtantia ♂ à ſub Caudâ Urſæ Majoris	49 27 5	Sext. M. O.
	6 6 30	Diſtantia ♂ à Caſtore ♊	30 9 40	

Anno

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Mercurii.	Distantia & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Nov. 18 Die ☿ manè	6 22 30	Distantia ☿ à Lucidâ Corona	42 37 40	Sext. M. O.	Mercurius in 11 Grad. Scorpii Directus Septentr.
		Eadem distantia	42 37 35		
		Altitudo ☿ circ.	3 30 0	Quad. p. O.	
	6 29 0	Distantia ☿ à Spicâ ♍	21 17 50	Sext. M. O.	
		Altitudo ☿ circ.	4 0 0	Quad. p. O.	
	6 33 40	Altitudo Arcturi	37 50 0	Quad. p. O.	
	6 36 30	Eadem Altitudo	38 10 0		
	6 43 0	Altitudo ☿ circ.	6 0 0	Quad. p. O.	Mercurius nudis tantùm oculis Conspectus.
	6 49 0	Altitudo ☿ nudis oculis probè conspecti	6 30 0		
		Nova in Collo Ceti eâdem adhuc facie, & claritate apparuit.			

Mens. Dies st. n.	Temp. secundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis.	Distantia & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Nov. 18 Die ♃ vesp.	5 55 0	Altitudo Lucidæ Aquilæ	36 48 0	Quad. p. O.	
	6 2 0	Distantia ♃ à Lucidâ ♈	40 33 20	Sext. M. O.	Jupiter in 25 Grad. Piscium Stationarius Merid.
		Eadem distantia	40 33 0		
		Denuò	40 33 0		
	6 45 0	Distantia ♃ à Marcab Pegasi	21 27 15	Sext. M. O.	
		Propter nubes interrurrentes nihil ampliùs hâc vice observatum. Nova in Collo Ceti, nihil adhuc, quantum dijudicare dabatur, decreverat, nec de claritate quicquam remiserat.			Nova in Collo Ceti adhuc in vigore visa.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Jovis & Saturni.	Distantia & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Nov. 19 Die ♄ vesp.	12 0 0	Altitudo Solis Meridiana	16 2 30	Quad. Az. M.	
	9 29 0	Altitudo Marcab Pegasi	40 20 0	Quad. p. O.	
	9 37 0	Distantia ♃ à Lucidâ ♈	40 33 10	Sext. M. O.	Jupiter in ipsâ Statione & 25 Grad. Piscium Meridionalis.
		Eadem distantia	40 33 10		
		Denuò	40 33 10		
	9 49 0	Distantia ♃ à Marcab Pegasi	21 26 40	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	21 26 50		
		Rursus	21 26 50		
	10 4 0	Distantia ♄ à Lucidâ ♈	50 17 0	Sext. M. O.	Saturnus in 23 Grad. Geminorum Retrogr. Merid.
		Eadem distantia	50 17 5		
	10 10 0	Distantia ♄ à dext. Humero Aurigæ	23 4 45	Sext. M. O.	
		Eadem distantia	23 4 45		
	10 15 0	Altitudo Marcab Pegasi	34 52 0	Quad. p. O.	
		Nova in Collo Ceti hesternâ facie visa.			Nova adhuc clarissimè fulsit.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundũ horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Veneris & Solis.	Distantia & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.	
Nov. 21 Die ☽ manè	6 40 0	Distantia ♀ à Lucidâ Corona	43 3 0	Sext. M. O.	Venus in 12 Gr. Scorpii Directa Septentr.
		Plures Observationes ob nubes obtineri haud potuerunt			
	12 0 0	Altitudo Solis Meridiana	15 36 0	Quad. Az. M.	
Nov. 26 ♄	12 0 0	Altitudo Solis Meridiana	14 35 10		Sol in Sagitario.
Dec. 4 ☉	vesperi	Nova in Collo Ceti adhuc major Mandibulâ		Nudis Oculis	

ANNO M. DC. LXXVIII.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Novæ Stellæ in Collo Ceti & Solis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Dec. 7 ☿	12 0 0	*Altitudo Solis Meridiana*	12 57 20*	*Quad. Az. M. Nudis Oculis*
Dec. 9 ♀	*vesperi*	*Nova in Collo haud major Mandibulâ Ceti.*		
Dec. 13 ♂	*vesperi*	*Nova in Collo Ceti æqualis quà magnitudinem Mandibulæ; sic ut jam decrescere inciperet.*		
Dec. 14 ☿	*vesperi*	*Nova in Collo Ceti, paullò jam minor videbatur Mandibulâ, longè tamen major illâ in ore Ceti.*		

Sol in Sagittario.

Nova in Collo Ceti decrescere incipit.

Appulsus Lunæ ad Stellam in cornu Inferiori Capricorni.

Arcta Conjunctio Lunæ & Stellæ.

ANNO 1678, Die ♀, 16 Decembr. vesperi, horâ 5 10′, paullò post Solis occasum Speculam ascendi, eâ intentione ut ad Synodum, quam Lunâ cum Stellâ in Cornu ♑ Australi celebrare eo tempore debebat, oculos intenderem. Sed, ecce, protinùs Tubo arrepto, animadverti Lunam tum Corniculatam crescentem, atq; ad occasum vergentem jam transiisse dictam Stellam, eamq; ad dextram occasum versùs reliquisse; sic ut à Cuspide Lunæ superiori, cùm primùm in oculos incurreret, ad 12 ferè minuta, prout ex Schemate pag. 820 appositio patet, removeretur. Distantia namq; erat tanta à cuspide Lunæ Boreali, quanta dicta cuspis à Palude Mœotide aliàs elongatur. Quantum conjicere dabatur, Luna Limbo suo superiori, aut Stellam eo tempore ex parte texerat, aut minimùm cornu suo Septentrionali illam strinxerat. Jucundissimum sanè, imò etiam è re aliquâ fuisset, si nubes Cœlum aliquantò citiùs deseruissent, quò Arctissimum hunc Transitum, insignioris hujus Stellæ Lineam itinerariam respectu Macularum, ipsumq; momentum Conjunctionis accuratè & debitè annotare, ac delineare potuissem.

Momentum hujus Conjunctionis haud observari potuit.

Neq; Stellæ via Itineraria.

Mens. Dies st. n.	Temp. secundū horolog. ambul. Hor. Min. Sec.	Observationes Lunæ & Jovis.	Distantiæ & Altitudines. Grad. Min. Sec.	Quo Instrumento.
Decemb. 16 Die ♀ vesp.	5 56 0	*Distantia ☽ Limb. Occid. à dextro humero Aquarii*	29 12 50	*Sext. M. O.*
		Altitudo Lunæ Limbi superioris circ.	6 40 0	*Quad. p. O.*
	6 4 0	*Distantia ☽ Limb. Occ. à dext. hum.* ♒	29 16 30	*Sext. M. O.*
		Altitudo ☽ Limbi superioris circ.	5 40 0	*Quad. p. O.*
	6 10 0	*Distantia ☽ Limb. super. à Lucidâ Aquilæ*	24 50 45	*Sext. M. O.*
		Altitudo Lunæ Limbi sup. circ.	4 45 0	*Quad. p. O.*
	6 15 0	*Distantia ☽ Limb. super. à Lucid. Aquilæ*	24 48 45	*Sext. M. O.*
		Altitudo ☽ Limb. super.	4 15 0	*Quad. p. O.*
	6 20 0	*Altitudo Oris Pegasi*	34 22 0	*Quad. p. O.*
	6 23 30	*Eadem Altitudo*	33 55 0	
